

2  
50













1. M. Georg Paul Strobel De jure pastorali.
2. Christ Thomasi Erdmann über die Frage, wie  
weit ein Prediger gegen seinen Landesfürsten sich  
zu äußern pflegt? Solches Erdmanns Können?





QUÆSTIONES SUCCINCTÆ  
DE  
**JURE**  
**PASTORALI**

AGENTES,  
QUARUM OPE  
STUDIOSI THEOLOGIÆ

SEIPSOS EXAMINARE POSSUNT  
POST LECTIONES PUBLICAS HAC  
DE MATERIA AUDITAS

PER

**M. GEORGIUM PAULUM**  
**STROBELIUM.**


---

Dresden und Leipzig,  
Zu finden bey Gottlob Christian Hilscher,  
Hof- Buchhändlern.

ANNO M DCC XXXV.

14 a

QUESTIONES SUOCTINCTA  
DE  
JURE  
PASTORALI



Pon TTK 4050  
(n.)

ANNO M DCC XXXV  
In hunc locum dicitur  
et hinc per hunc  
et hinc per hunc





Perillustri atque amplissimo  
Domino,

DOMINO

JACOBO FRIDERICO  
SCHILLINGIO,

Juris-Consulto Excellentissimo, Do-  
ctissimoque, Dynastæ in Praschwiz, Baëliz  
ac Okrille &c.

Potentissimi Regis Poloniarum &  
Elect. Sax. in Protosynedrii Collegio Se-  
natori Spectatissimo gravissimo,

Domino & Promotori meo submissa  
animi pietate colendo,

Et  
Prænobilissimo, Amplissimo, Doctissi-  
moque Domino,

DOMINO  
JOHANN MICHAEL  
WISLAU,

Itidem Juris-Consulto excellen-  
tissimo,  
Pol. Regis & El. Sax. in Venerandi Pro-  
tosynedrii Collegio Senatori  
gravissimo,

Domino & Patrono suo summo-  
pere colendo,



Tandem

Prænobilissimo, Amplissimo, Doctissimoque Domino,

DOMINO

ANDREÆ HENRICO  
BEYERO,

Juris - Consulto experientissimo &c.

Potentissimi Regis Pol. & El. Sax. in  
Protosyn. Assess. & Secretario  
vigilantissimo,

hasce primitias offerre voluit

AUTOR.

**Q**UINDECIM ferme elapsi sunt  
 anni, cum per Regis gratiam  
 & mediante Protosynedrio  
 Regio munus Eccl. Ergastuli  
 Waldheimensis, postea Diaconi Ros-  
 vinenfis acciperem, quapropter mei  
 officii esse existimavi, ut omnia secun-  
 dum instructionem pastoralem insti-  
 tuerem, meque ad incrementum stu-  
 diorum Pastoralium applicarem. No-  
 stis Patroni, multis nominibus Colen-  
 di, quod gratam mentem vobis mon-  
 straverim per Dissertationem de Effe-  
 ctu Baptismi usque ad vitæ finem du-  
 rante. In recenti adhuc memoria  
 vobis hærent Anglicæ meæ versiones  
 &c. Ne ita miremini, si in specie et-  
 iam ad demonstrandum, quod Juris pa-  
 storalis studiosissimus sim, Vobis Tri-  
 nis



nis ejusmodi Prodrorum dicare  
 constituerim, quibus bene notum,  
 quod olim Dresdæ degens ac ad de-  
 cem annos expectans spartam, per dis-  
 putationes de hac materia præcipue  
 cum Clarissimo Domino Beyero me  
 exercuerim &c. Hinc permultorum  
 instigatus preces constituerim, hæc  
 Quæstiunculas Dominis Theologiæ  
 Studiosis & Cultoribus Juris Pastora-  
 lis, Examinis loco, edendi, ut eo fa-  
 cilius repetere possint, quæ hac de re  
 in Academiis audiverint ac in lectio-  
 nibus publicis didicerint. Accipite  
 ergo benigna fronte hanc, quam of-  
 fero, devoti animi Tesseram, & me  
 accensete illorum porro numero, qui  
 feriis apud Deum pro Salute Vestra &  
 universi Protosynedrii & Ecclesiæ in-

✠ ( 0 ) ✠

cremento fufis precibus officium pa-  
ftorale explere conantur. Deus adfit  
Vobis & Votis meis, atque in feram  
usque ætatem Vos vivere finat per-  
quam feliciter. Hoc brevibus optat  
ex animo

## Vestrarum Excellen- tiarum

Rofvini  
d. 7. Maji  
1735.

*devotiffimus & studiofiffimus*

M. GEORGIUS PAULUS  
STROBELIUS.

L. B.





Werner: principia hinc edidit iuris Ec-  
clesiæ protestantium. Optime excellen-  
tissimus Boehmerus ius pastorale scri-  
psit, ubi Theologiae iuridici hauris

L. B.

**Q**uod D. Nic. Hieron. Gundling,  
Conf: intimus Reg. Boruss. &  
Professor Hall. in Hist. litter: oder  
der Gelahrheit mit des gelehrten  
Herrn Joh. Erh. Rappens, Prof. Publ.  
Eloq. Lips. §. 7. Schol. p. 41. de utilitate  
Historiæ litterariæ meminit: quod unus-  
quisque eruditorum Nexum scientiarum  
debeat habere variarum, id & mihi dictum  
esse semper visum est. Hinc inter alia et-  
iam Juri pastorali operam dedi, præprimis  
cum viderem, quod tum Regia edicta, tum

A 5

Præ-



Præceptorum monita meorum hoc studium maxime requirant a futuro parcho. Recte celeberrimus Joh. Balth. Werner: principia hinc edidit juris Eccles. protestantium. Optime Excellentissimus Bœhmerus Jus Pastorale scripsit, ubi Theologiæ Studiosi haurire possunt ejusmodi juris pastoralis notitiam. Ego, ut repeterem, quæ in Academiis didicerim hoc in passu, constitui scribere quæstiones succinctas, quæ utiles studiosis Theologiæ esse possent. Pauperibus præcipue in commodum constitui edere has Quæst. per Sectiones ad modum ferme Diariorum, vulgo Journals, ne deterreantur ab emptione. Si hæc qualia qualia placuerint, promittit plura,

AUTOR.





## Sectio I.

Quid est Jus Pastorale?

**R**esp. In genere pars Juris Ecclesiastici. v. p. 50. Bœhm. §. 1. Cap. 1. de Jure paroch.

Quidnam vero in specie?

**R**esp. Est facultas competens Ecclesiæ parochiali sec. Struv. melius sec. Bœhm. parochia, in ibi personas & res sub parochia sua degentes, ut accipiant Sacra & sustineant onera parochialis.

Quinam fons Juris Ecclesiastici & Juris Pastoralis?

**R**esp. 1. Jus Divinum. De quo v. 2. Jus Canonicum Papæorum, 3. Jus Ecclesiasticum passim.

Quid est Jus Canonicum?

**R**esp. Est Corpus Juris Ecclesiastici, continens Decreta V. Patrum dictaque & Conciliorum Sancita, Decretales Pontificum, Institutiones, quæ nomine Clementinarum veniunt &c.

Quinam Libri extant præcipui de Jure Canonico agentes?

**R**esp. Juris Canonici Corpus, aliàs Simiam Corporis Juris Civilis, quod appellamus. Nam sicuti

sicuti Digesta contin. V. Jctorum Responsa; ita Decreta V. Patrum dicta & Conciliorum Sancita. Codex ut Imperatorum Rescripta; ita Decretales Pontificum. Cum Novellis comparant Constitutiones Pontificum, quæ nomine Clementinarum & Extravagantium veniunt.

Quinam conscripsere Historiam J. C.?

Resp. Albericus Gentilis, Joachimus Hagemeierus. Dn. Joh. Strauch. Dn. Ziegl. ambo in Dif. fert. de Origine Libris, & autor: J. C. D. Gerhardi von Mastr. Hist. J. Eccl. & Pontif. elegans admodum & erudita. \*

Unde surrexit origo J. C.?

Resp. Surrexit post discessum Apostolorum evitata, nimirum cum varia occurrerent, tum circa res adiaphoras & ritus externos; tum circa ipsa fidei capita ab hæreticis defendenda, ut esset regula, juxta quam personæ Ecclesiasticæ in negotiis obvenientibus se gererent.

Unde Vox Canonum?

Resp. Quia legum nomen habere non poterant suffragia Episcoporum, Canones dicta sunt; quo p. Canonem credendi unicum, S. Scripturam nempe, revocarent in memoriam; p. regulæ instar essent in moribus, disciplina, ritibus Eccl. &c.

An Canones Apostolici omnium primi?

Resp. Vulgo & passim memorantur C. A. pars-  
ho-



hodie C. J. Civil. cui adjiciuntur, ante consuetudines Feudorum numero 84. Pontificii Clementi Romano adscribere non erubescunt, qui eos à Petro acceptos & in ordinem redactos, ad posteros transmiserit.

An Constitutiones Apostol. suppositiæ?

Resp. Aff. Produunt enim manifestius sublestæ fidei auctorem erroresque continent crassos, nec tolerandos.

An certiora supersunt de Canonibus in Conciliis conditis?

Resp. Aff. quia Ecclesia curam gessit eorum sedulam, atque interitum collectione quoque diligenti evitavit.

Quanam Collectio Canonum prima & certissima habetur?

Resp. Quæ in Codice Ecclesiæ Catholicæ quam Stephano Ephesino tribuunt, invenitur.

Quando confectus hic Codex?

Resp. Valde verisimile est, statim post Concil. Nicæn. & Chalced. successu temporis in tantum recepta est hæc collectio, ut in Conciliis in medio confectu, cum Sacris literis poneretur, & nomen Codicis Canonum Ecclesiæ Universalæ reportaret.

Quinam primus, edens in lucem, hunc Codicem?

Resp.

Resp. Christoph. Justellus Græce & Latine.  
Recusus Helmstadii cum luculenta præfatione.  
Quænam fuit notissima Collectio  
Dionysii Exigui?

Resp. Illa latina, quæ inter celebriores secunda est,  
ob confusionem ex Codicibus particularibus or-  
ta, Decretales epistolas quoque primus colli-  
gens.

An plures post Dionysianam colle-  
ctiones adornatæ?

Resp. Aff. sed alio instituto præf. Leonis IV.  
Pontif. tempore & postea.

Quid erant Nomocanones?

Resp. Dixerunt ita ejusmodi collectionem cano-  
num, cui simul concordantes & in eandem  
sententiam latæ Imperatorum leges adjungun-  
tur. Justiniani jam tempore Joh. Scholasti-  
cus tale opus emisit. Est & celebris Photii  
Nomocanon Seculo 9. conditus. Eo exci-  
tatus fuit Ivo Carnutensis Episcopus ut Le-  
ges Civiles cum Canonibus & Patrum Con-  
ciliorumque dictis & decretis conferret, quod  
opus Decretum appellavit.

Quo Seulo nomen Decreti igitur  
contigit primum?

Resp. Sec. XI. ubi primus auctor Burchardus  
Wormatiens. Episc. qui volumen Decretorum  
collegit. Italis Brocardus dicitur unde Bro-  
cardica i. e. axiomata & regulæ communes

Hunc



Hunc secuti Ivo. Postea adhuc plures. Sec. XII.  
Gratianus Monachus cum applausu omnium  
optimus.

Quænam est prima pars Corporis Ca-  
nonici ?

Resp. Decretum, quo ipso Patrum dicta & Con-  
ciliorum Canones in certum ordinem redacta  
ac disposita, admixtis passim & Legibus civi-  
libus. Autore laudato Gratiano Monacho  
quodam Bononiensi, circa annum 1150. col-  
lect.

Quomodo dividitur ?

Resp. In tres partes. 1. Distinctiones, 2. Cau-  
sas & 3. Tract. de Consecratione.

Cur distinctiones vocantur prima  
pars ?

Resp. Incertum est; quanquam credibile sit, eam  
inde ita appellatam, quod Conciliorum ac  
Pontificum Decreta pro ratione ac ordine ma-  
teriarum fuerint distincta ac ita sub centum  
& una distinctionibus digesta.

Unde causæ appellatæ ?

Resp. Causæ numero 36. sunt, quæ iterum in  
suas Quæstiones subdividuntur. Causæ inde  
appellatæ quod primum causa sive casus cer-  
tus proponatur, postmodum, inde certæ quæ-  
stiones decidendæ eliciantur, ut videre est ex  
cujusvis Causæ exordio.

Quid

Quid continet Tractatus de Consecratione?

Resp. Absolvitur quoque distinctionibus & alligari solet. C. didicimus 6. de Consecr. Dist. 2.

Quid venit sub nomine Palea?

Resp. Variæ sunt sententiæ probabilior sententia ab Autore, Gratiani discipulo fuisse dicunt, qui Decretis alias Sacras Constitutiones a Gratiano omissas superaddidit.

Quænam autoritas est Pæalarum?

Resp. Nulla secundum communem sententiam. Adhibentur tamen a Pontificiis quoties e re est.

Habuitne Decretum hoc Glossatores varios?

Resp. Aff. Primum fuisse Laurentium Cremensem ferunt aliosque. Sed plenior prolixiorque fuit Joannes Semeca Sec. XIII. Halberst. Agit de Glossatoribus J. C. potissimum Barthol. Cæpolla in tractatulo aliquot paginarum de cognitione Librorum Juris Can.

Estne differentia inter Decretum & Decretalia?

Resp. Aff. Decretum est statutum aliquod, quod Papa de Consilio Cardinalium proprio motu statuit & decernit: Decretalis vero Epistola est, quando Papa vel solus vel cum Consilio Cardinalium quid rescribit, non tamen proprio motu, sed ad Consultationem alicujus præ-



præcedentem. Hinc pars illa juris C. quæ Decretalium nomine venit, continet Rescripta Pontifici ad consultationem certarum personarum emissa.

Quando Decretales conditi cœperunt?

Resp. Mos ille Decretales Epistol. condendi antiquus est, nec aliis Episcopis olim inusitatus; attamen ut per modum legis conscriberentur, & res mere civiles componerent, id ante dominatus Romani & Hierarchiæ initia ausus est nemo. Inde vero judicia immutata Synodi Provinciales neglectæ, soli Pontifici sensim potestas suprema data.

Quinam primus antiquiorum collectorum Decretal.?

Resp. Supra dictus Dionysius Exiguus successit Pseudo-Isidorus. inter recentiores Bernardus circa Sec. ut credunt XII. Eam coll. edidit inter antiquas Decretalium Collectiones Antonius Augustinus vid. Ziegl.

Quomodo dividuntur Decretales?

Resp. In quinque Libros, in quibus Rescripta Pontificum, perinde ut Imperatoria in Codice sub suis titulis sunt digesta. Lib. 1. agit de personis Ecclesiasticis, earum Electione & Officiis, ut & de officio Judicis. 2. De Judiciis ipsis, & de rebus ad Judicia spectantibus. 3. De rebus Clericorum Præbendis & Ecclesiarum & hac occasione de Contractibus & Testamentis. 4. De matrimonialibus. 5. De criminalibus. Versus: Judex judicium, Clerus, Sponsalia, Crimen.

B

Quid







ris Pontificii, quorum I. De Personis sacris II. I. De rebus sacris. III. De Judiciis. IV. De Criminalibus Causis agit.

Habetne autoritatem in decidendis causis?

Resp. habet, quatenus cum Decretalibus conspirat.

Quo tempore editæ?

Resp. Tempore Concilii Tridentini.

A quonam collectus Liber VII. Decretalium?

Resp. A Petro Matthæi J. C. Lugdunensi circa A. 1590.

Quid continet?

Resp. Rescripta Pontificum post Sextum Decretalium, Clementinas & Extravagantes publicata.

An hic liber VII. Decretal. Papali autoritate confirmatus non immerito queritur?

Resp. Nondum constat.

An Autoritas Juris Can. in Terris Protestantium valeat?

Neg. vide supra in Struvii Introd.

Estne aliquid retentum?

Resp. Aff. quia retentum est in illis materiis, ubi causa conscientie ventilatur, vel ubi de peccato vel scandalo agitur.

Quanam in specie observamus in Jure Can. ?

Resp.



Resp. Viget in Matrimonialibus in materia Usurarum, Juramentorum Præscriptionis, ratione bonæ fidei in ea observandæ & in illis, quæ ad processum spectant, quia saluberrima remedia abbreviandi lites proponit. Item in piis causis, Bonis Eccles. in Pactis, Stipulationibus, Emphyteusi, itemque in Ecclesiis Cathedralibus & Canonicatibus etiam Evangelicis, quia illis pristina jura reservata, & usus Juris Canonici, salvo tamen exercitio Religionis libero.

An Jus civile prævalet Juri Can.?

Resp. Aff. Si enim casus emergens observantia communi non est decisus, potius standum est Juri Civili; modo non de peccato vitando agamus, vel de foro interiori aut pia causa quæstio sit, ubi Jus Can. quatenus Juri divino consonat, vel eidem non contradicit, prævalere debet.

Cur Jus Can. dicitur melius Conscientiis consulere quam Jus Civile?

Resp. Non intelligendum est hoc ita crude, quasi Jus Civile quandoque peccatum aleret, quod penitus non concedendum: sed ita, quod Jus Can. circa negotia ejusmodi ex Jure div. clarior determinet; ubi si ex Jure Romano quis colorem suis actionibus quæreret, peccaret, cum ad hunc casum Legislator Civilis non respexerit. Interim Jure divino hic tanquam







naturaliter ejusque species omnes definiens,  
& inter jus scriptum & non scriptum differen-  
tiam ponens. Col. 1.

Quid secunda?

De jure Quiritum sive Romanorum, ipsum per  
species definiens. 3.

Quid tertia?

Juris C. varia nomina distinguit, breviterque ex-  
ponit. 4.

Quid quarta?

Ad quid leges inventæ sunt; & quid sacri Ca-  
nones mandent. 5.

Quid quinta?

Resp. Quomodo jus naturale est immobile, nec  
obstat quod ibi ponitur. 6.

Quid sexta?

An illusiones nocturnæ ad peccatum imputen-  
tur: & circa finem prosequitur de juris na-  
turalis dignitate. 8.

Quid septima?

Resp. Ponit leges: ostendendo qualiter  
jus incœperit. 10.

Quid octava?

Resp. Ponit differentiam inter jus naturale &  
consuetudinem. 11.

Quid nona?

Resp. Autoritate & exemplo probat, Constitu-  
tiones hominum juri naturali cedere. 14.

Quid decima?

Resp.



Resp. ostendit quod leges Imperatorum vincuntur a Canonibus, 17.

Quid undecima?

Resp. Dicit consuetudinem legibus approbatis cedere, 21.

Quid duodecima?

Resp. Habet, laudabilem consuetudinem esse servandam, quæ nec Canonibus sacris, nec veritati, nec bonis moribus obviet, 24.

Quid decima tertia vult?

Resp. Quod contra jus naturale non admittatur dispensatio: nisi in fuga majoris mali, 29.

Quid XIV.

Resp. quod quis non debet minus peccatum committere, ut aliud majus evitare possit, 30.

Quid XV. notat?

Resp. Tempus quo sacri Canones, librique & concilia celebrata fuerunt, & quæ opuscula sunt admittenda, 31.

Quid XVI. ponit?

Resp. Quod Canones Apostolorum sunt recipiendi: postea ostendit, quo tempore, & quo residente in Papatu, vel imperio, quotlibet Concilium est celebratum, 37.

Quid XVII. dicit?

Resp. Non Concilia sed conventicula celebrati sine Papa.

Quid XVIII. ostendit?

Resp. Quod provincialia Concilia nihil generaliter

Responſio ad quæſtionem legem Imperatorum vincunt  
et auctoritate et auctoritate et auctoritate

Quid uideamus? 1. hoc uideamus  
Responſio. Dicit conuentionem legibus approbatam

Responſio. Dicit conuentionem legibus approbatam  
Quid ducimus? 2. conuentionem legibus

Responſio. Haber, tunc dicit conuentionem legibus  
videtur, que nec canonibus inuenitur, verum

can, nec bonis moribus obicit, 24. tunc  
Quid decima terra uultus dicitur

Responſio. Quod bonis in uentis non admittitur  
dilectio: nisi in fuga maioris malis et

Quid XIV? 1. tunc dicitur  
Responſio. quod dicitur non debet minus peccatum

committere, ut aliud magis evitare possit, 30.  
Quid XV. nota? 2. tunc dicitur

Responſio. Tempus quo tunc Canonibus inuenitur et con-  
uentionibus approbatam, et per opuscula sunt

admittenda, 31. tunc dicitur  
Quid XVI. ponit? 3. tunc dicitur

Responſio. Quod Canonibus approbatam sunt tunc  
quibus: possit ostendi, quo tempore dicitur

condemne in Episcopis, vel Imperio, quolibet  
Concilium est celebratum, 32. tunc dicitur

Quid XVII. dicitur? 4. tunc dicitur  
Responſio. Non Concilia sed conuentiones celebrantur

Responſio. Quod dicitur ostenditur  
Quid XVIII. ostenditur? 5. tunc dicitur  
Responſio. Quod promouit Concilia in illis generali-







## Quid XXXI.

Probat & ponit exempla in terminis, qualiter Clerici continere debent, & quod ab omnibus est servanda continentia nisi ab Orientalibus. 99.

## Quid XXXII.

Adhuc de Continentia Clericorum. 103.

## Quid XXXIII.

Quod bigami, corpore vitiati, usurarii publice pœnitentes, lutores, in scena ludentes, furiosi, areptitii, accipientes meretrices in uxores, & concubinas habentes, promoveri non possunt. 109.

## Quid XXXIV.

Quod oportet Episcopum vitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & confangvinearum, & quod venati non liceat. 111.

## Quid XXXV.

Agit de tertio capitulo Apostol. regulæ: Oportet ordinandum non esse vinolentum. 117.

## Quid XXXVI.

Exponit quod Clerici debent habere peritiam literarum sacrarum. 119.

## Quid XXXVII.

Quod Clerici non debent libros gentilium respicere: peritiam tamen secularium scientiarum debent habere. 121.

## Quid XXXVIII.

Resp. Quod literis debet esse eruditus Sacerdos, &



& canones ignorare non debet. Ignorantia enim ipsi est periculosa. 126.

Quid XXXIX.

Quod Episcopum oportet esse prudentem in negotiis secularibus, ut sua cautela reddantur Ecclesiæ indemnes. 129.

Quid XL.

Resp. Prosequitur V. Capitulum Apostol. regulæ: Oportet Episcopum esse ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui consistit in virtutibus ib.

Quid XLI.

Tractat de ornatu qui consistit in gravitate, incessu habitu, & temperantia potus & cibi. 133.

Quid XLII.

Resp. declarat illum hospitem. 135.

Quid XLIII.

Resp. Illa duo, pudicum & doctorem. 137.

Quid XLIV.

Resp. Illud non vinolentum. 140.

Quid XLV.

Non percussorem. 143.

Quid XLVI.

Non litigiosum. 149.

Quid XVII.

Domui sui bene præpositum. 151.

Quid XLVIII.

Illud non neophytum. 154.

Quid

& carnes ignote non debet  
 Quid XLIX  
 Quid XLVIII  
 Quid XLVII  
 Quid XLVI  
 Quid XLV  
 Quid XLIV  
 Quid XLIII  
 Quid XLII  
 Quid XLI  
 Quid XL  
 Quid XXXIX  
 Quid XXXVIII  
 Quid XXXVII  
 Quid XXXVI  
 Quid XXXV  
 Quid XXXIV  
 Quid XXXIII  
 Quid XXXII  
 Quid XXXI  
 Quid XXX  
 Quid XXIX  
 Quid XXVIII  
 Quid XXVII  
 Quid XXVI  
 Quid XXV  
 Quid XXIV  
 Quid XXIII  
 Quid XXII  
 Quid XXI  
 Quid XX  
 Quid XIX  
 Quid XVIII  
 Quid XVII  
 Quid XVI  
 Quid XV  
 Quid XIV  
 Quid XIII  
 Quid XII  
 Quid XI  
 Quid X  
 Quid IX  
 Quid VIII  
 Quid VII  
 Quid VI  
 Quid V  
 Quid IV  
 Quid III  
 Quid II  
 Quid I





Quid LXXII

Resp. De ...

Quid LXXIII

Resp. Quod ...

Quid LXXIV

Resp. De ...

Quid LXXV

Resp. De ...

Quid LXXVI

Resp. De ...

Quid LXXVII

Resp. De ...

Quid LXXVIII

Resp. De ...

Quid LXXIX

Resp. De ...

Quid LXXX

Resp. De ...

Quid LXXXI

Resp. De ...

Quid LXXXII

Resp. De ...



Quid LXVII.

Resp. De promot. Presbyt. ib.

Quid LXVIII.

Resp. Quod illi, qui sunt ordinati ab illis, quos non constat esse Episcopos, iterum sunt ordinandi. ib.

Quid LXIX.

Resp. Determinat de non ordinatis, ne in Ecclesia Dei ministrent. 223.

Quid LXX.

Resp. Ne quis ordinetur sine titulo. 224.

Quid LXXI.

Resp. Ne quis ordinetur a non Episcopo. ib.

Quid LXXII.

Resp. Ne ignotus Clericus sine litteris dimissoriis sive commendatitiis recipiatur. 226.

Quid LXXIII.

Resp. Qualiter literæ formatæ & dimissoriæ fiant. 227.

Quid LXXIV.

Resp. An invitis ordines conferantur. 228.

Quid LXXV.

Resp. De tempore & die consecrationis Episcoporum, & ordinatione aliorum Clericorum. 231.

Quid LXXVI.

Resp. De jejuniis quatuor temporum, nec non quare sunt jejunanda. 233.

Quid LXXVII.

Resp. Ponit qualiter Clerici sunt per gradus ordi-



ordinandi: & etiam tractat de interstitiis  
temporum. 237.

Quid LXXVIII.

Resp. In qua ætate Sacerdotes sunt ordinandi.  
239.

Quid LXXIX.

Resp. Repetit de ordinatione summi Pontificis,  
quæ a solis Cardinalibus fieri debet. 240.

Quid LXXX.

Resp. In quibus locis sunt ponendi Episcopi  
vel Archiep. 243.

Quid LXXXI.

Resp. Epilogando docet, quod ordinandus in  
Episcopum debet esse sine crimine: nec Cle-  
rici mulieribus cohabitare debent. 244.

Quid LXXXII.

Resp. Docet quod Episcopus his qui suis mani-  
bus laborare non possunt, providere debet:  
& addit, quod si quis ministrorum fornicationem  
committat, & agat pœnitentiam, ex  
dispensatione potest in ordinibus remane-  
re 251.

Quid LXXXIII.

Resp. Quod Prælati non solum a peccato im-  
munis esse debet, sed & peccatis aliorum con-  
sentire non debet. 254.

Quid LXXXIV.

Resp. Quod Prælati sit vigilans circa defensionem  
pauperum revelationem oppressorum, &  
curationem monasteriorum, 255.

C

Quid

Quid LXXXV.

Resp. Tractat de hospitalitate Clericorum, quæ  
Episcopis necessaria. 257.

Quid LXXXVI.

Resp. Quod oportet Episcopum Doctorem esse,  
ut sciat subditos corrigere : Item liberalem  
circa patientes necessitatem, & non circa hi-  
striones. 258.

Quid LXXXVII.

Resp. Probat, quod viduis, orphanis & oppres-  
sis, Episcopus debet dare subsidium. 263.

Quid LXXXVIII.

Resp. Quod clerici cupiditatis causa negotiato-  
res esse non debent : sed pietatis causa curam  
orphanis, & viduis impendere. 265.

Quid LXXXIX.

Resp. Quod oportet Episcopum esse domui suæ  
bene præpositum, ut sciat in dispensatione  
rerum Ecclesiæ regulam esse observandam.  
269.

Quid XC.

Resp. Docetur qualiter litigiosi corripiendi sunt,  
& non ordinandi, tractans de licitis & hone-  
stis operibus. 271.

Quid XCI.

Resp. De modo cantandi in Ecclesia, etiam de  
Electi potestate. Dicit etiam, quod si Cle-  
ricis sua beneficia non sufficiant, possunt sibi  
necessaria quærere artificio suo licito. 273.

Quid



Quid XCII.

Resp. Dicit, quod magis corde, quam vocibus cantandum est. 274.

Quid XCIII.

Resp. De Obedientia minorum erga majores, & quod nullus debet communicare inimicis Romanæ Ecclesiæ. 276.

Quid XCIV.

Resp. De Legato Romani Pontificis, qui impediendus non est: & impediendes sunt excommunicandi. Probat etiam quod major in Officio, minori vices suas committere potest: & de præsumptione Archidiaconorum. 285.

Quid XCV.

Resp. Quod etiam præsentibus Episcopis Presbyteri, quamvis eis subditi, possunt sacra mysteria celebrare, & prædicare. 286.

Quid XCVI.

Resp. Quod Laicis etiam Imperatoribus non licet aliquem ordinare, vel de rebus Ecclesiarum judicare. 290.

Quid XCVII.

Resp. Dicit quod precibus Ecclesiæ Imperator & cæteri Principes possunt eam juvare: Subjacentibus Ecclesiam Romanam legationem

undecunque sine signatis apicibus non recipere. 299.

Quid XCVIII.

Resp. Quod Clerici peregrini & ultramarini, sine testimonio quinque Episcoporum recipiendi non sunt. 301.

Quid XCIX.

Resp. Dicit de primatibus & potestate eorum, qualiter nullus est appellandus universalis. 302.

Quid C.

Resp. Tractat de Pallio & usu ejus. 304.

Quid CI.

Resp. Dicit unam provinciam in duas non dividendam. 308.

Finis Partis I. Decreti  
abbreviati.



PARS



PARS II.

Quæ est de Causis.

In quot Causas distincta est Pars II.

Resp. In Causas XXXVI. quarum quælibet plures sub se quæstiones habet & continet.

Quot prima Causa Quæstiones habet. Resp. Septem.

Quænam prima quærit? Resp. utrum vendere spiritualia sit peccatum? Resp. Aff.

Quænam 2. Resp. An pro ingressu Ecclesiæ vel monasterii pecunia sit exigenda vel persolvenda? Resp. neg.

Quænam 3. Resp. Utrum præbendas Ecclesiæ emere sit Simonia. Resp. Aff.

Quænam 4. Resp. Utrum ille reus criminis sit, cujus pater pro eo ignorante Simoniam commisit. Resp. Ignorantia facti, non juris excusat eum.

Quænam 5. Utrum liceat ei retinere, quod pater pro eo simoniace acquisivit. Resp. De rigore juris non de misericordia secus.

Quænam 6. Utrum ignoranter a simoniaco ordinati sint abjiciendi, vel non? Resp. Probata ignorantia ex misericordia tolerantur.

Quænam 7. Utrum renuncians suæ hæresi in Episcopali dignitate sit suscipiendus? Resp. Rigor vult eum deponi, sed dispensatio sustineri.

Quot secunda Causa habet quaestiones?

Resp. Octo, & in ea quinta praecedit quartam.

Quaenam 1. Resp. Utrum in manifestis sit ordo juris servandus? Resp. Aff. nisi sit notoria.

Qu. 2. Utrum spoliatus ab aliquot sit iudicandus? Non ante restitutionem.

Qu. 3. Resp. Qua poena sint feriendi in accusatione deficientes? Resp. Talionis poena.

Qu. 4. Resp. An duorum testimonio Episcopus sit condemnandus? Resp. Aff.

Qu. 5. Resp. Utrum accusatore deficiente reus sit cogendus ad purgationem? Resp. Non, nisi infamia publica laboret.

Qu. 6. Resp. Quo remedio causa sublevatur? Resp. Appellatione: quæ tamen ei danda non est, qui Causa dilationis appellat.

Qu. 7. Resp. An Laici, vel Monachi, vel quilibet inferiorum ordinum sint admittendi in accusationem majorum? Resp. Neg. de jure novo.

Qu. 8. Resp. Qualiter accusatio fieri debeat? Resp. In scriptis.

Quot Tertia Causa quaestiones completitur? Resp. XI.

Qu. 1. Resp. Utrum restitutio sit facienda quibuslibet spoliatis? Resp. Sic, nisi in certis casibus.

Qu. 2.



- Qu. 2. Resp. Quærit de induciis dandis. Resp. ad arbitrium iudicis.
- Qu. 3. Resp. Quo spatio mensum sint utrique concedendæ. Resp. Ut prius.
- Qu. 4. Resp. Utrum infames sint recipiendi ad testimonium? Resp. Non, nisi contra sui similes.
- Qu. 5. Resp. An testes domestici vel inimici sint producendi? Non.
- Qu. 6. Resp. Utrum reus extra provinciam sit producendus. Resp. Non.
- Qu. 7. Resp. Utrum criminosus possit esse Judex? Sic. Ab Ecclesia toleratus.
- Qu. 8. Resp. Utrum Episcopus possit ab uno judicari? Non, nisi a XII. Episcopis reservata sententia summo Pontifici.
- Qu. 9. Resp. Utrum Accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant? Non.
- Qu. 10. Resp. Utrum deficientes in uno capitulo sint admittendi ad sequentia. Non.
- Qu. 11. Resp. Utrum accusatus in accusatorem possit convertere accusationem? Resp. Non, nisi in majori crimine.
- Quot Quarta Causa habet Quæstiones?  
Resp. VI.
- Qu. 1. Resp. An in Excommunicatione constitutus alium accusare valeat. Non.

- Qu. 2. Resp. An intra XII. annos in criminali  
Causa quis testificari possit. Non.
- Qu. 3. Resp. An ab accusatione prohibitus  
possit esse testis. Non.
- Qu. 4. Resp. An idem possit esse accusator & te-  
stis. Non.
- Qu. 5. Resp. an si vocatus ad Causam non ve-  
niat, sit excommunicandus? Sic, nisi justam  
absentiae causam probaverit.
- Qu. 6. Resp. An calumniator in propria causa  
sit audiendus. Sic, si causa non sit crimina-  
lis.

Quot Quinta habet &c. Resp. VI.

- Qu. 1. Resp. Qua poena sit feriendus qui famo-  
sum libellum scribit? Resp. Anathemate, nisi  
scripturam probaverit.
- Qu. 2. Resp. Quoties quis sit ad Causam vo-  
candus antequam excommunicetur? Non  
tantum semel sed bis.
- Qu. 3. Resp. An per Procuratorem quis causam  
agere valeat criminalem? Non, nisi sit per-  
sona illustris. Causam vero injuriarum ci-  
vilem, sic.
- Qu. 4. Resp. An absque synodali audientia  
Episcopus sit dannandus. Non.
- Qu. 5. Resp. An. sit habendus pro inimico, qui  
aliquem accusat. Non, si hoc faciat ex Cha-  
ritate.

Quot



Qu. 6. Resp. Qua pœna sit plectendus, qui non probet Objecta? Talione.

Quot Sexta habet? Resp. V.

Qu. 1. Resp. Utrum criminosi vel infames religiosum Episcopum possint accusare de simonia? Non.

Qu. 2. Resp. Si Episcopus accusationem in accusantem convertere voluerit, an ejus verbo simplici fides adhibenda sit. Non.

Qu. 3. Resp. An liceat petere iudicium Episcopi alterius Provinciæ. Non, nisi in causa damnationis.

Qu. 4. Resp. Cujus iudicium sit expetendum, cum Episcopi Provinciæ in sua Sententia discordant. Resp. Archiepiscoporum & Episcoporum vicinæ Provinciæ.

Qu. 5. Resp. An accusatore deficiente reus sit ad probationem cogendus? Resp. Non, sed bene ad purgationem, si laboret infamia.

Quot Septima? Resp. II.

Qu. 1. Resp. Utrum vivente Episcopo alius poterit in eadem Ecclesia ordinari. Non, nisi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate vel senectute datur sibi coadjutor.

Qu. 2. Resp. Utrum hi, qui cesserunt Causâ infirmitatis, sanitate recepta, possint cathedram reperere. Resp. Neg.

## Quot Octava &amp;c. Resp. V.

Qu. 1. Resp. Utrum liceat Episcopo sibi successorem eligere. Non.

Qu. 2. Resp. An Amicorum patrocinia electione valeant. Non.

Q. 3. Resp. An sit Simonia post Electionem pro indemnitate Ecclesiæ juramentum præstare. Sic, si pactum super hoc præcessit.

Q. 4. Resp. An liceat Clericis declinare Judicia Episcopi de crimine accusati, ante Sententiæ tempus. Non ante condemnationem, nisi per Appellationem.

Qu. 5. Resp. An accusatus coram Apostolico, sine ejus literis debeat reverti. Non.

## Quot Nona &amp;c. Resp. III.

Qu. 1. Resp. An ordinatus ab excommunicato ejiciendus sit. Non, si ignoravit illum esse excommunicatum.

Qu. 2. Resp. An liceat Archiepiscopo vel Episcopo Clericos alterius ordinare. Non sine literis proprii Episcopi.

Qu. 3. Resp. An liceat Archi-Episcopo Clericos sui Suffraganei absolvere vel damnare. Non, nisi data negligentia vel Appellatione interposita.

## Quot Decima &amp;c. Resp. III.

Qu. 1. Resp. An Ecclesia cum omni dote ad Episcopum pertineat vel ad ejus ordinationes. Sic.

Qu. 2.



Qu. 2. Resp. An liceat Episcopo res Ecclesiæ distrahere. Non, nisi in certis casibus.

Qu. 3. Resp. Quid a singulis Ecclesiis nomine cathedrali valeat exigere. Duos solidos.

Quot Undecima &c. Resp. III.

Qu. 1. Resp. An Clericus ante Civilem judicem sit trahendus. Non.

Qu. 2. Resp. Qua pœna dignus sit qui Clericum ad Secularem judicem traxit? Excommunicatione.

Qu. 3. Resp. Qua pœna dignus sit qui sententiam Episcopi non seruerit? Depositione.

Quot Duodecima &c. Resp. V.

Qu. 1. Resp. An liceat Clericis proprium habere? Non, regularibus.

Qu. 2. Resp. An Res Ecclesiæ possint dari. Non, nisi in Casibus.

Qu. 3. Resp. Utrum Clerici acquisita de rebus Ecclesiæ possint relinquere, quibus voluerint. Non, nisi Ecclesiæ.

Qu. 4. Resp. quibus possint Clerici relinquere, quæ de suis & Ecclesiæ rebus provenerunt. Partim Ecclesiæ, partim hæredibus.

Qu. 5. Resp. An liceat Clericis Testamentum facere? Sic de propriis rebus.

Quot Decima tertia &c. Resp. II.

Qu. 1. Resp. Utrum Decimæ sint dandæ ratione territorii vel personæ ratione utriusque.

Qu. 2.

Qu. 2. Resp. An jus percipiendi & solvendi Decimas tollatur ratione temporis.

Quot Decima quarta &c. Resp. VI.

Qu. 1. Resp. An liceat Clericis in iudicio sua repetere. Sic.

Qu. 2. Resp. An super rebus Ecclesiæ testes ejusdem sint audiendi. Sic.

Qu. 3. Resp. An præter sortem aliquid accipere sit usura. Sic.

Qu. 4. Resp. An liceat Clericis vel Laicis usuras accipere. Non.

Qu. 5. Resp. An Eleemosynæ sint de usuris faciendæ. Non.

Qu. 6. Resp. An Usurarii possint pœnitentiam agere. Non, si habeant, unde possint restituere.

Quot XV. causa habet Quaestiones?

Resp. VIII.

Qu. 1. Resp. An ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mente alienatis sint eis imputanda. Non, nisi culpa sua ad ignorantiam devenerint.

Qu. 2. Resp. An pro impensis patrocinii liceat Clericis munera exigere. Sic.

Qu. 3. Resp. An per Confessionem mulieris, cum qua peccavit Sacerdos. Non.

Qu. 4. Resp. An die dominico debeant Episcopi causas audire? Non.

Qu. 5. Resp. An neganti criminis purgatio sit indicenda. Sic, si laborat infamia.

Qu. 6.



Qu. 6. Resp. An in Criminalibus confessio fit extorquenda. Non.

Qu. 7. Resp. An solus Episcopus Diaconum vel Presbyterum deponere possit. Non.

Qu. 8. Resp. Si confessus vel convictus de his, quæ ante ordinationem commisit, valeat ministrare. Non. Colum.

Quot XVI. Resp. VII.

Qu. 1. Resp. An liceat Monachis officium celebrare. Sic, cum permissione Episcopi & licentia Abbatis.

Qu. 2. Resp. An liceat eis in cappellis suis Sacerdotes instituere? Sic, si quas possideant jure. Colum.

Qu. 3. Resp. An jura Ecclesiæ per præscriptionem tollantur? Sic.

Qu. 4. Resp. An Ecclesia contra Ecclesiam vel monasterium possit præscribere? Sic.

Qu. 5. Resp. An Episcopus vel Abbas jure territorii capellam valeat vendicare? Non.

Qu. 6. Resp. Si quis in rem Ecclesiæ ab aliquo detentam sua auctoritate irreperit, an cadat a causa? Sic, sed non Ecclesia.

Qu. 7. Resp. An liceat alicui Ecclesiam de manu Laici recipere? Non, nisi Ecclesia vel monasterium habeat jus patronatus.

Quot XVII. Resp. IV.

Qu. 1. Resp. An Reus sit voti qui a proposito sui

fui cordis recedit? Non quantum ad Ecclesiam, nisi ore pronunciaverit.

Qu. 2. Resp. An beneficia ei reddenda sint, qui eis in infirmitate renunciavit? Sic, si non erat sui compos.

Qu. 3. Resp. An liceat illi, qui se monasterio tradidit, postea ad propria redire? Non.

Qu. 4. Resp. An discedens de monasterio, sine sui Abbatis licentia, possit sua vendicare? Non.

### Quot XVIII. Resp. II.

Qu. 1. Resp. An Abbas factus Episcopus acquirat Ecclesiam, vel monasterio dum fuit Abbas acquisivit monasterio: sed factus Episcopus Ecclesiam.

Qu. 2. Resp. An per Episcopum Abbas sit eligendus vel instituendus. Ab Episcopo est ordinandus: a Fratibus vero eligendus.

### Quot XIX. Resp. III.

Qu. 1. Resp. An Episcopus debeat permittere, Clericos transire ad monasterium? Sic.

Qu. 2. Resp. Si noluerit an liceat eis, eo invito, transire? Sic.

Qu. 3. Resp. An liceat Canonicis regularibus transire ad monasterium Monachorum? Non, sine licentia sui Prælati.

### Quot XX. Resp. IV.

Qu. 1. Resp. Utrum pueri traditi monasteriis sint



sint cogendi ibi manere? Non, nisi postquam venerint ad annos discretionis.

Qu. 2. Resp. Si præter Voluntatem, parentum intraverint monasterium, an per eos inde possint extrahi? Sic, infra annum & diem: si sint infra annos discretionis.

Qu. 3. Resp. An, qui invitus cucullam induit cogatur eum retinere? Non, nisi post consenserit.

Qu. 4. Resp. An liceat ab uno monasterio ad aliud transire.

Quot XXI. Resp. V.

Qu. 1. Resp. An Clericus possit in duabus Ecclesiis inscribi? Non. eolum.

Qu. 2. Resp. An liceat Clericis a sua Ecclesia ad aliud transire. Non, sine literis vel licentia sui Prælati.

Qu. 3. Resp. An liceat Clericis suscipere procurationem secularium negotiorum? Non, nisi causa pietatis.

Qu. 4. Resp. An liceat Clericis vestibus fulgidis ornari. Non.

Qu. 5. Resp. Qua pœna sint puniendi Clerici ad iudicium seculare fugientes. Excommunicatione.

Quot XXII. Resp. V.

Qu. 1. Resp. An iuramentum sit præstandum? Sic, in causa necessitatis.

Qu. 2. Resp. An sit perjurus qui jurat falsum & credit verum. Sic, propter intentionem fallendi, tamen postea dicitur Contrarium.

Qu,

Qu. 3. Resp. An liceat Clericis denegare Episcopo consuetam obedientiam. Non, ante condemnationem.

Qu. 4. Resp. An iuramentum illicitum sit servandum. Non.

Qu. 5. Resp. An perjurus sit, qui alium pejorare cogit. Sic.

Quot XXIII. Resp. VIII.

Qu. Resp. An militare sit peccatum. Non, si iuste fit.

Qu. 2. Resp. Quod sit bellum iustum? Quod sit Edicto Superioris repetendarum rerum, aut propulsandarum injuriarum causa.

Qu. 3. Resp. An injuria fociorum sit armis propulsanda. Sic.

Qu. 4. Resp. An vindicta sit inferenda. Sic, ab eo cujus interest.

Qu. 5. Resp. An sit peccatum judici vel Ministro reos occidere. Non, sunt enim causæ justitiæ.

Qu. 6. Resp. An mali sint ad bonum cogendi. Sic.

Qu. 7. Resp. An hæretici sint spoliandi suis & Ecclesiæ suæ bonis. Sic.

Qu. 8. Resp. An liceat Clericis Arma movere. Non manu propria, nisi in causa necessitatis.

Quot XXIV. Resp. III.

Qu. 1. Resp. An hæreticus aliquem possit excommunicare. Non.

Qu. 2.



Qu. 2. Resp. An post mortem possit aliquis excommunicari. Sic, pro hæresi.

Qu. 3. Resp. An pro peccato domini ejus familia possit excommunicari. Non, sed interdictio supponi. Column.

Quot XXV. Resp. II:

Qu. 1. Resp. An auctoritate privilegii quis contra jus commune valeat se tueri. Sic.

Qu. 2. Resp. An sequentia privilegia derogent prioribus. Sic. Si ex certa scientia fuerint concessa. Col.

Quot XXVI. Resp. VII.

Qu. 1. Resp. An sit fortilegi qui sub ficto religionis nomine futura promittunt. Sic.

Qu. 2. Resp. An sit peccatum, esse fortilegum? Sic.

Qu. 3. Resp. A quibus genus divinationis sumpsit exordium. a Persis.

Qu. 4. Resp. Quot sunt genera divinationis? Quatuor, secundum numerum: Duo, secundum formam, quod videre potes.

Qu. 5. Resp. An fortilegi sint excommunicandi. Sic.

Qu. 6. Resp. An excommunicatus ab Episcopo possit reconciliari a Presbytero. Non, Episcopo inconsulto, nisi in necessitatis articulo. Col.

Qu. 7. Resp. An morientibus sit pœnitentia im-

D

po.

ponenda. Non, tamen est eis innotescenda.

Quot XXVII. Resp. II.

Qu. 1. Resp. An Conjugium possit esse inter Voventes. Non, si votum sit solennizatum secus si simplex fuerit.

Qu. 2. Resp. An liceat sponso a sua sponsa recedere. Non, si desponsatio fit de præsentis.

Quot XXVIII. Resp. III.

Qu. 1. Resp. An Conjugium sit inter infideles? Non.

Qu. 2. Resp. An liceat converso ad fidem ducere aliam, vivente priore. Sic, si sit divisus ab ipsa infideli.

Qu. 3. Resp. An bigamus sit, qui ante Baptismum unam Uxorem & post aliam habuit. Sic.

Quot XXIX. Resp. II.

Qu. 1. Resp. An sit Conjugium inter servum & ingenuam. Sic, nisi Error impediat.

Qu. 2. Resp. Si prius putabat, hunc esse liberum, & postea deprehenderit, ipsum esse Servum, an possit eum deserere? Sic.

Quot XXX. Resp. V.

Qu. 1. Resp. An liceat reddere debitum uxori, quæ filium de sacro fonte levavit. Sic, nisi ex consensu utriusque sit factum.

Qu.



Qu. 2. Resp. An sponsalia contrahantur inter infantes? Non.

Qu. 3. Resp. An spirituales vel adoptivi filii possint naturalibus computari. Non.

Qu. 4. Resp. An liceat alicui Commatrem uxoris suæ ducere in uxorem? Sic, mortua uxore: si Commaternitatis matrimonium præcesserit.

Qu. 5. Resp. An clandestina desponsatio manifestæ præjudicet. Non, apud Ecclesiam.

Quot XXXI. Resp. III.

Qu. Resp. An possit duci in uxorem, quæ prius fuit polluta per adulterium. Sic, nisi adulter dederit ei fidem, vivente viro, vel machinatus sit in morrem ejus.

Qu. 2. Resp. An filia sit invita alicui in Uxorem tradenda. Non, Colum.

Qu. 3. Resp. An post patris sponsonem possit alii nubere. Sic, si non consenserit.

Quot XXXII. Resp. VIII.

Qu. 1. Resp. An liceat ducere meretricem in uxorem? Sic.

Qu. 2. Resp. An sit uxor appellanda, quæ ducitur incontinentiæ causa. Non.

Qu. 3. Resp. An mulier sequatur arbitrium avi liberi, an patris servi. Avi.

Qu. 4. Resp. An vivente uxore liceat alicui ex Ancilla filios quærere. Non.

Qu. 5. Resp. An ea, quæ patitur invita, pudicitiam perdat? Non.

Qu. 6. Resp. An Adulter adulteram dimittere possit. Non.

Qu. 7. Resp. An vivente dimissa aliam accipere possit? Non.

Qu. 8. Resp. Si in hoc falem infidelem ducere possit ea conditione, ut ad fidem convertatur? Non.

Quot XXXIII. Resp. VII.

Qu. 1. Resp. An propter impotentiam coeundi sit aliqua a viro separanda? Sic.

Qu. 2. Resp. An separata possit ei nubere, cum quo prius est fornicata? Sic, pœnitentia peracta. Col.

Qu. 3. Resp. An sola cordis contritione possit peccatum deleri: Sic, uti facultas confitendi non suppetit.

Notandum hic, quod ratione hujus tertix quæstionis more agitur de pœnitentia, cujus tractatus per distinctiones septem est distinctus.

1. Quærit, an sola cordis Contritio deleat peccatum. Sic, si confitenti facultas desit.

2. An charitas semel habita possit amitti. Sic, in  
vicia: secus tamen in patria.

3. An



3. An pœnitentia possit reiterari? Sic, præter solennem. Colum.
4. An peccata semel dimissa redeant? Non simpliciter.
5. Quis modus debet observari in imponenda & accipienda pœnitentia? Ad arbitrium proprii sacerdotis discreti.
6. Cui quis confiteri debeat? proprio sacerdoti, si sit discretus: alioquin alteri de ejus licentia.
7. An Pœnitentia, timore mortis accepta, sit fructuosa? Sic.

Quarta quæstio causæ supra proximæ est, an actus conjugalis sit prohibitus tempore orationis, Sic.

Quinta, an vir sine consensu uxoris & e converso vovere possit continentiam? Non.

Quot XXXIV. Resp. II.

Qu. 1. Resp. An rea sit adulterii, quæ, credens, maritum mortuum, nupsit alteri. Non.

Qu. 2. Resp. An redeunte priore cogenda sit recedere a secundo, & ad priorem redire? Sic.

Quot XXXV. Resp. IX.

Qu. 1. Resp. An liceat aliquam ducere de propria cognatione. Non. Col.



Qu. 2. Resp. An liceat aliquam ducere de cognatione Uxoris suæ. Non.

Qu. 3. Resp. Usque ad quem gradum debeat quis abstinere a consanguineis suis & uxoris suæ? Olim usque ad VII. hodie usque ad IV. ibid.

Qu. 4. Resp. Quare usque ad septimum gradum computatur consanguinitas. Ad instar VII. ætatum mundi.

Qu. 5. Resp. Quomodo gradus consanguinitatis sunt computandi? Sicut ostenditur in arbore.

Qu. 6. Resp. Qui iusjurandum de propinquitate armare debent? Propinqui & Vicini.

Qu. 7. An incestuosi filii reparantur? Non.

Qu. 8. Resp. Si consanguinei ignoranter conjuncti simul possint remanere? Non, nisi ex dispensatione Papæ in quinto gradu, vel supra.

Qu. 9. Resp. An matrimonium, per falsos testes separatum, si postea apparuerit, Ecclesiam fuisse deceptam, sit redintegrandum? Sic.

Qu. 10. Resp. Si relicta alicujus in secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta poterit copulari consanguineis prioris Viri. Non.



Quot XXXVI. Resp. II.

Qu. 1. Resp. An virginem opprimens raptum committat? Sic.

Qu. 2. Resp. An rapta raptori nubere possit. Vtique.

Tertia pars est de Consecratione  
quæ V. distinctiones duntaxat  
complectitur.

1. Agit de consecratione Ecclesiarum & Missarum celebratione.
2. De Sacramento Eucharistiæ.
3. De Festivitatibus per anni Circulum celebrandis.
4. De baptisimi Sacramento.
5. De confirmatione & jejuniis.

Quot Libros comprehendunt  
INSTITVTIONES J. C.  
Resp. IV.

Quomodo dividuntur? Resp. In III. partes. In prima ponit unde dicatur J. C. In II. quid sit. In III. ex quibus constet.

Quid Liber I. continet? Resp.

1. De Jure Canonico.

D 4

2. De

2. De Jure Divino Consuetudine & Constitutionibus.
  3. De Ecclesiasticis constitutionibus.
  4. De Jure Personarum.
  5. De Episcopis & summo Pontifice.
  6. De Electione.
  7. Qui eligere, eligive possunt?
  8. De Postulatione.
  9. De Confirmatione Electionis.
  10. De Consecratione.
  11. De receptione & auctoritate Pallii.
  12. De vita & honestate Prælatorum.
  13. De Officio Archidiaconi.
  14. De Officio Aichipresbyteri.
  15. De Officio Vicarii.
  16. De Coadjutore.
  17. De Chorepiscoporum usu sublato.
  18. De Translatione.
  19. De Renunciatione.
  20. De Depositione, seu Degradatione.
  21. De Sacerdotibus in inferiori gradu constitutis.
  22. De iis, qui in sacris sunt constituti.
  23. De iis, qui sunt in minoribus ordinibus constituti.
  24. Communia tam majorum, quam minorum ordinum.
  25. Qui promoveri non possunt.
  26. De Præbendis & aliis beneficiis?
27. De



27. De Collationibus.
28. De Institutionibus & Jure Patronatus.
29. De Clericis non residentibus.
30. De Regularibus, ac Monachis.

## Quid Liber II. Resp.

1. De Rerum divisione atque illarum administratione.
2. De Sacramentis.
3. De Baptismo & ejus effectu.
4. De Sacramento Chrismatis.
5. De Pœnitentiis & Remissionibus.
6. De Eucharistia.
7. De extrema Unctione.
8. De Sacramento Ordinis.
9. De Sacramento Matrimonii.
10. De Sponsalibus.
11. De Nuptiis.
12. Quæ Matrimonium impedire possunt.
13. De Triplici cognatione.
14. De clandestina desponsatione.
15. Qui Matrimonium accusare possunt.
16. De Divortiis.
17. De Rebus sacris, sanctis, & religiosis.
18. De construendis, consecrandis, & reparandis Ecclesiis & Altaribus.
19. De Unionibus Ecclesiarum.

20. De Immunitate Ecclesiarum & subjectio-  
ne.
21. De Censibus, Exactionibus & Procuratio-  
nibus.
22. De Capellis Monachorum.
23. De Religiosis domibus.
24. De Sepulturis.
25. De Canonica portione.
26. De Decimis.
27. De Rebus Ecclesiæ alienandis vel non.
28. De Peculio Clericorum, Relictis, & Succes-  
sionibus eorum.

### Quid Liber III. Resp.

1. De judiciis & illorum divisione.
2. De Procuratoribus.
3. De Pactis & Transactionibus.
4. De Arbitris.
5. De in jus vocando.
6. De Dolo & Contumacia, & in Possessione  
missione.
7. De Libelli conceptione, & oblatione.
8. De Exceptionibus & Replicationibus.
9. De Mutuis petitionibus.
10. De Restitutione spoliatorum.
11. De Litis contestatione.
12. De Juramento calumniæ.
13. Ut lite pendente nihil innovetur.



14. De Probationibus.
15. De Sententiis, & Re iudicata.
16. De Executione rei iudicatæ.
17. De Appellationibus.
18. De Restitutione in integrum.

## Quid Liber IV. Resp.

1. De Accusationibus, Denunciationibus & Inquisitionibus.
2. De duplici purgatione.
3. De Simonia.
4. De Hæreticis & Schismaticis & Apostatis.
5. De Sortilegis, Maledicis, & Sacrilegis.
6. De Furtis.
7. De Usuris.
8. De Adulteriis & aliis Conjunctionibus illicitis.
9. De crimine Falsi.
10. De Homicidio.
11. De Injuriis & Damno dato.
12. De Ecclesiasticis Censuris.
13. De Sententia Excommunicationis.
14. De Ecclesiastico Interdicto.
15. De Suspensione.

## SECTIO II.

De Fundamentis genuinis  
juris parochialis.

## Quæst. I.

**A**N secundum jam quæsitam, jus paro-  
chiale ex jure Canonico unice æsti-  
mari debeat?

Negatur, quia fundamenta Juris parochialis  
dependent ex genuino Juris Eccles. conce-  
ptu.

2.

Unde haurienda sunt fundamenta  
juris dicti genuina?

Resp. Partim ex *jure natura*, quod demonstrat,  
quale jus Ecclesiæ, quatenus societatem exter-  
nam constituit, conveniat: tum inprimis ex  
*sacris litteris*, quæ rectæ rationis dictamina  
firmant, illustrent, declarant, seposita autori-  
tate humana, vide Bœhm. p. 2. Sect. I. c. 1. in  
Jure Paroch.

Quid debet Studiosus Juris Pasto-  
ralis indagare præprimis, si recte huic  
juri operam dare vult?

Resp.



Resp. Debet indagare Statum Ecclesiæ genuinum.

Quid in genere denotat Ecclesiæ Vox ?

Resp. In genere conventum plurium hominum pravorum & bonorum.

Quidnam in specie ?

Resp. Cœtum fidelium seu Sanctorum, Ecclesiam invisibilem, internam, spiritualem, mysticam, & dicitur communio Sanctorum in Christo credentium. vide Huber. de jure civ. lib. 1. S. 4. C. 1. §. 13, idem Bœhm. p. 10. §. III. it. Schilt. in Instit. Juris Canon.

Quidnam Ecclesia externa publica ?

Resp. Est societas humana, libere & publice inita, ad exercendam Sanctorum communionem. vide prolixiorem in Brunn. de Jure Eccles. lib. 1. C. 1. §. 1.

Quid denotat Ecclesia in S. Scriptura ?

Resp. Plerumque Vox Ecclesiæ in excellentiori sensu ibi occurrit, hincque talia prædicata de illa apparent, quæ externæ tribui nequeunt.

Quæ

Quænam sunt?

Resp. Quod vocem Christi audiat, quod sit corpus Christi, fundamentum veritatis Civitas Dei. &c.

Hic quærere possumus: An imperium in Ecclesia datur?

Resp. Negando. Videtur quidem, ast non habet fundamentum in re. Ipse Christus caput Ecclesiæ, non imperando, sed docendo suis prævit discipulis, amore, non coactione usus politica. vid. Duarinus de Sacris Eccles. Ministris p. 35.

Annon posset objicere quispiam, quod DICANTVR DISCIPULI, gregem Christi pascere?

Resp. Tò pascere pro indole gregis & substrata materia est accipiendum, scil. verbo, prædicatione poenitentia, sacramentis &c. Petrus I. Epist. V. 3. docuit, τὸ pascere non semper involvere imperium.

Ast in Scriptura S. aliquando Presbyteris adscribitur regimen v. c. I. Tim. V, 17. Imo & fidelibus singulis obedientia Hebr. XIII, 17.

Resp.



Resp. Ibi non politicum intelligitur, sed tale, quale etiam doctoribus adscribi solet.

Annon claves cœlorum inferre videntur imperium?

Neg. Nam saltem ministerialem denotant potestatem. vid. Puffend. de habit. relig. §. 22. seq.

Annon Ecclesia Collegii aut Consortii speciem repræsentat?

Resp. Omnino. Quia Ecclesia externa est societas æqualis, h. e. ubi nullus respectus imperantium occurrit & parentium. vide Conring. ad Lampad. Part. I, §. 24, Puffend. Huber. & brevibus Bœhm. p. 16. Jur. Pastoral. Sect. I. C. 2. §. 19.

Quænam sunt qualitates Collegii?

Resp. 1) Ut finis propositus ab omnibus idem intendatur, nempe conjunctis precibus, Deum colere & religionem promovere Christianam.  
2) Ut in paucioribus consistere possit personis. Secundum tritum: Tres faciunt Collegium. vid. Matth. XVIII, 20.

Aveo scire : An Ecclesia semper  
supponat templa?

Resp. Neg. Nam de alijs pijs congregationi-  
bus & Consortiis jure optimo prædicari pot-  
est, qualia hodie sunt celebria pietatis Colle-  
gia, Londini præsertim. vid. von Ma-  
stricht.

Quænam sunt illa?

Resp. Duo mihi præsertim nota Collegia, emen-  
dationem morum & vitæ inprimis concer-  
nentia. Vid. Josiah Woodward, qui Anglico  
idiomate, & ex hoc in vernaculam transtulit  
D. E. Jablonski sub titulo : Bericht von dem  
Ursprung und Fortgang der gottseel. Gesells-  
schafft in London.

Annon Ecclesia numerosum requirit  
cætum ?

Resp. Non præcise. vid. Puffend. de habitu  
Relig. §. 31. id Claud. Flery Instit. Juris  
Ecclesiast. p. 368.

Ast Paulus Hebr. X. v. 25. Desere-  
re congregationem inhibet?

Resp. Valde dubito, an id ad publicos applicari  
queat congressus, ut quis vel invitus in il-  
los rapi possit.

Quid



Quid audio? Carpzovius in Jure  
Eccles. lib. 2. def. 359, pro necessitate  
pugnat?

Resp. Quæ ex veteri Testamento ibi conglome-  
rat, refutat quasi N. T. Joh. IV, 21. 22.  
23. Et quæ ex novo fœdere adducit, non  
videntur inferre, quod debebant, inquit  
Boehm. p. 17.

Annon aliæ Collegiorum qualitates  
considerandæ supersunt?

Resp. Superfont. Num: 3. in Collegiis æqua-  
litas observatur, nullus vero imperii respec-  
tus.

Sed si in Ecclesia omnium jura  
sunt æqualia, ergo potest quilibet prædi-  
care verbum Dei, potest sacram cœ-  
nam administrare absolvere a pecca-  
tis &c.

Resp. Hoc circa manifestam hæresin dici ne-  
quit.

Ast nos omnes Christiani divini-  
tus consecuti sumus sanctum & regale  
sacerdotium. 1. Petr. 2. 5, 9. Et agnus  
E nos

nos fecit Deo nostro sacerdotes & reges.  
Apoc. I, 6.

Resp. Sic est. Ast hoc dubium removeri potest  
aliter, uti pater ex Theologia. vide Boehm.  
p. 18. & Conring ad Lampad. Part. I. §. 25.  
Huber. Tertull. Spener, Schilt. in Instit. ju-  
ris. &c.

Quæ sunt membra Ecclesiæ?

Resp. Doctores & Auditores. vid. Puffend. de  
habit. relig. §. 32. Caspar Ziegler. ad Lan-  
cell. L. I. tit. 4. §. I.

Quid igitur sentiendum de tribus  
Statibus in Ecclesia der *Mehr = Wehr =*  
*und Lehr = Stand?*

Resp. Agnoscendi quidem sunt hi tres status  
certo respectu, ast in Ecclesia eorum respectus  
non habetur.

Competitne Collegiis prædicatum  
libertatis & facultas disponendi li-  
bere?

Resp. Competit, nisi jure, vel vi prohibiti sunt.  
vid. Schilt. de libertate Eccles. germ. Fran-  
ciscus Duarenus in Tr. de Sac. Eccl. Ministr.  
&c. Ziegler. de Orig. jur. Can. §. 56.

Quid



Quid porro Collegiis plerisque accidit ?

Resp. (5) Ut sint in Rep. & sic summæ potestati, sicuti in cæterorum civium actiones, ita etiam in Collegia directio competat. Unde duo fluunt. 1. Quod Ecclesia quidem sit in Republ. sed non Respublica in Ecclesia. 2. Licet concedi debeat, Principem in Ecclesia non considerari, ut talem, neutiquam tamen jus circa sacra ipsi negari posse. vid. Boehm. p. 29, seq. Conf. Stryk. de jure papal. Ziegler. de jure Majest.

Quid statuis de Jure Ecclesiastico, secundum exposita principia, considerato ?

Resp. Statuo, Jus Eccles. esse ipsam facultatem, quæ alicui ex pactis competit, modum intellige constituendi statuta, scil. ipsa pacta.

Quomodo olim dicebant ejusmodi Statuta ?

Resp. Regulæ seu Canones. Vid. Socrat. L. 3. C. 6. & Lib. 6. c. 36.

Estne horum Canonum necessitas absoluta ?

E 2

Neg.

Neg. Quia tantum ad bene esse Ecclesie spectat. vid. Gisb. Voet. Pol. Eccles. P. I. & Bœhm. p. 40. in Jur. Pastoral. Monf. Fleury, Gerh. van Maastrich. Et alios passim, item superiores Quæst. mens,

Si Principi in genere competit jus circa sacra legislatorum, quæritur: an Principi Ethnico id denegandum, aut concedendum?

Resp. Concedendum est. vid. Huber. de jure civ. Lib. I. Sect. V. c. 2. §. 12. Stryck. de jure papal. c. I. §. ult.

Quæ distinctio hic observanda venit?

Resp. Illa Brunnemanniana de jure Eccles. Lib. I. C. 2. §. 26. Habuisse sc. Ethnicos Imperatores ante Constant. M. summum jus in sacra, magis tamen actu primo quam secundo. Imo & actu secundo, quatenus jus hoc legitime exercent,

Quid de abusu constitutionum Eccles. statuendum?

Resp.



Resp. Ex Seckendorf. Christen • Staat P. 2.  
C. 9. §. 6. Die Fürsten müssen sich nicht  
zu Herrn über den Glauben selber machen,  
oder mit ihrer Hoheit und Gewalt denen  
Lehrern der Kirchen oder Gemeinden Glaus  
bens Articul aufdringen, denn dieses kömmt  
Keinen Menschen zu, sondern ist ein Vorbes  
halt, der Gott allein gebührt, und aus seinem  
Worte zu verstehen ist. Idem Puffend. de  
habit. Relig. §. 48. seq. quem adeas.

Quid audivisti de Juris Eccles. Sta-  
tu sub tempore Reformationis?

Resp. Audivi, quod sub jugo Papali totum im-  
perium olim gemuerit, donec tandem, acce-  
dente reformatione, lucem Evangelii acci-  
peret, & Principes Imperii in jura sua inqui-  
rere inciperent.

Ubi hæc latius exposita sunt?

Resp. In Jure Eccles. Protest. & p. 49. in  
Bohm. Jur. Pastorat.

Quid igitur est jus Eccles. & quid  
significat?

Resp. Denotat leges principis, quæ vi juris sacerorum ad regimen externum Ecclesiæ salutemque publicam constitutæ sunt: vel facultatem moralem personis competentem in Ecclesia ad iuste aliquid habendum, ab alio vel petendum, quorsum pleraque jura parochialia reducenda sunt: vid. plura in Boehm. Jur. Past. p. 59.



Aver-



## Avertissement.

**W**ird dieses Examen denen Herren  
 Liebhabern Juris Pastoralis gefal-  
 len, so will mit meinen übrigen Stüs-  
 cken ferner wenigstens alle viertel Jahr  
 dienen, sonderlich so bald die Genera-  
 liora vorbey, mit Special e. g. den jure  
 circa subseq. ædif. Eccles. &c. und was  
 zu deren Grundrissen gehört zu wissen,  
 und weilm hactenus niemand etwas  
 aus dem Englischen von dieser Materie  
 übersetzt, werde auch darinne mich nicht  
 saumseelig finden lassen. Es kan mit  
 der Zeit, wenn GOTT Leben und Ges-  
 sundheit giebt, ein vollkommen Exami-  
 natorium werden über alle Materien die  
 hierzu nöthig. Inzwischen nehme es  
 von Herzen Grund wohl auf, wenn  
 manche ihre gelehrte raisonnemens über  
 dieses mein Vorhaben mir communi-  
 ciren, um das Journal von Tag zu Tag  
 zu verbessern, auch mit der Zeit denen  
 Herren Geistl. Studiosis brauchbar  
 zu machen. Valere &  
 favete.





CONTINUATIO  
QUÆSTIONUM SUCCINCTARUM  
DE  
**JURE**  
**PASTORALI**

AGENTIUM,  
QUARUM OPE  
STUDIOSA JUVENTUS  
SE EXAMINARE POTEST

RATIONE MATERIARUM ALIAS AU-  
DITARUM IN COLLEGIIS PUBLICIS  
ACADEMICIS.

OPERA

**M. G. P. STROBELII.**

---

Dresden und Leipzig,  
Zu finden bey Gottlob Christian Hilscher,  
Hof-Buchhändlern.

ANNO M DCC XXXV.

CONSTITUTIONUM  
QUESTIONUM SUCCESSIONUM

DE

JURE

PASTORALI

AGENTIUM

QUARUM OPE

STUDIOSA JUVENTUS

SE EXAMINARE POTEST

ATIONE MATHEMATICARUM ALIAS  
DITARUM IN COLLEGIIS PUBLICIS  
ACADEMICIS

OPERI

M. G. P. STORBEI

Drucken und Binden

Su finden bei Göttinger Buchhandlung  
Hof Buchhandlung

ANNO M DCC XXXV







L. B.

**Q**UOD in Anglicano Dia-  
rio The Bee ante anni  
spatium legere pot-  
eram, nempe: **Ex-**  
tract form Foy's Journal.  
The necessity of refor-  
ming the Laws contains  
a Letter from one of his  
Correspondents. Who  
thinks a Reformation of  
the Law hygly necessary  
A 2 &c.

&c. id videtur mihi quam maxime etiam quadrare ad præsens meum negotium, Jus Pastorale concernens. Habuimus hæctenus multos, Jus hoc commendantes & emendantes, nemo vero extitit, ut mihi visum est, præter supra laudatum illustrem Boehmerum & clarissimum Wernerum, qui facillima methodo ansam supeditaverit, ut jura Pastoralia melius dignoscere & ediscere possemus. Propter Studiosam Juventutem & præprimis pauperem judicavi, opus esse Examen instituire, ut eo melius memoriæ mandentur, quæ docere & scripsere laudati Viri celeberrimi. Hinc ne miremini, ô  
Ci-



Cives Academici carissimi, si  
 vestri causa ulterius prosequar  
 cœptum. Docendo discimus.  
 Vobiscum discere è longin-  
 quo, animus mihi est. Agite  
 igitur, excitemus nos invicem  
 more antiquo, nempe per quæ-  
 stiones. Mihi semper hæc me-  
 thodus videbatur facillima per-  
 veniendi ad solidam eruditio-  
 nem. Rogo te etiam, ô studio-  
 sa cohors, ut si quandoque  
 rariores de hoc studio materiæ  
 ob oculos veniant, ut me com-  
 municatione dictarum materia-  
 rum non dedigneris. Aut  
 emere, aut remittere constitui,  
 quæ cuiquam mittere placuerit.  
 Ascendamus per leviusculas

quæstiones ad altiores & nobilio-  
res, quemadmodum olim meus  
Præceptor, æternum colendus D.  
V.E. Lœscherus, jubebat de Meta-  
physica communiori ad nobilio-  
rem more Leubnitiano ascende-  
re. Det Deus Vobis, Charissi-  
mi, & mihi vires, ut quotidie  
nos invicem exædificare valea-  
mus. Qui, me ulteriori favori  
vestro atque benevolentia com-  
mendans, semper permansurus  
sum

è Musæo.

Rosvini die 24. May

1735.

*Vestrum studiosissimus*

M. G. P. STROBELIUS,  
Diaconus.

Sectio





## SECTIO II.

### De Fonte & fundamentis genuinis, natura & Origine Juris parochialis.

#### Quæst. 1.

**A**Nnon Juris Parochialis fons ex Jure Canonico unice æstimari debet?

Resp. Nequaquam. Vera enim fundamenta dicti Juris Parochialis dependent secundum monitum Præceptoris olim mei, nempe Clarissimi Mülleri D. Juris & Profess. Lips. & Illustr. Boehmeri in Jure Pastoralis Sect. I. C. I. §. 1. & 2. & seq. ex genuino conceptu Juris Eccles.

#### Quæst. 2.

Unde haurienda sunt fundamenta?

Resp. Tum ex Jure Naturæ, quod demonstrare conatur, quale jus Ecclesiæ, quatenus societatem constituit externam, competat: tum imprimis ex *sacro Codice*, qui rectæ rationis dictamina firmant, illustrent, & declarant.

A 4

Quæst. 3.

Quæst. 3.

Quæritur, an Jus Parochiale quoque  
conceptum juris in se contineat?

Resp. continet.

Quæst. 4.

Quotuplicem admittit juris voca-  
bulum alias significatum?

Resp. duplicem.

Quæst. 5.

Aveo scire hunc duplicem dictum  
significatum.

Faciam, ut scias. I. Denotat legem seu *necessi-  
tatem agendi, sive jussum Superioris, subditos  
obligans*, ut ad illud, tanquam normam, actio-  
nes suas instituunt. II. Denotat facultatem  
moralem, seu libertatem agendi, Germ. *Be-  
fugniß*, sique est qualitas moralis activa per-  
sonæ ex concessione Superioris competens ad  
aliquid ab altero, quorum in societate vivit,  
habendum juste vel agendum. vid. Thomas.  
Jurispr. Div. L. I. C. 1. §. 82. & Illustris  
Bœhm. in laud. Jure Pacoch. Sect. I. C. 1.  
§. 1. 2. & 3.

Quæst. 6.

Annon supponit facultas concessio-  
nem Superioris?

Resp. supponit.

Quæst.



Quæst. 7.

Sicque Juris correlatum erit obligatio?

Erit omnino, erit.

Quæst. 8.

Denique facultas supponit Superioris jussum.

Supponit.

Quæst. 9.

Et jus supponit etiam societatem aliquam?

Omnino. Nam extra societatem obligationem in alio concipere non possum, quando non adest. vid. Grotius de jure Belli & Pacis.

Quæst. 10.

Daturne etiam Societas hominum cum Deo?

Datur, observante Grotio, cit. l. & Thomaf. in Disp. de Philos. Jur. C. 1. §. 8. Hæc longe perfectius jus in Deo, imo & arctiorem in homine operatur obligationem. Hæc societas cum Deo plane spiritualis est, non corporum, sed animorum. Adeas Schilt. de libert. Eccl. Germ. C. 1. §. 2. imo fufius in peculiari libro, de societate inter Deum & hominem &c.

Quæst. 11.

Quotuplex est hæc societas?

A 5

Resp.

Resp. vel interna fec. Luc XVII, 20. Col. III, 3.  
 1. Pet. III, 4. arbitrio humano non obnoxia,  
 per se obligans. Simplex, quia ad ejus cul-  
 turam pluriam non requiritur hominum con-  
 junctio fec. Puffend. de habit. relig. §. 3.  
 Porro tranquillitatem intendens internam,  
 quia hic omnes coactiones humanæ alienæ ad-  
 modum sunt A solo Deo efficaciter dire-  
 ctæ. Absolute tandem necessaria. vide Ef.  
 LX, 12. quia extra hanc non est salus. Imo  
 media requirens spiritualia. Homines tan-  
 tum admittens regenitos. Independens.  
 Homines immutans. Arctissima. Singulo-  
 rum intendens salutem.

Quæst. 12.

Quotuplex est societas humana?

Resp. Multiplex. Est enim externa, quæ homi-  
 num regit arbitrio. Operam admittens  
 vicariam. Est fortior, si composita, pro fine  
 habens beatitudinem civilem. Non absolu-  
 te necessaria. Media humana admittens, imo  
 & malos & pessimos tolerans, quatenus Pu-  
 blicam non lædunt tranquillitatem. Subor-  
 dinationi favens. Hominem specie non im-  
 mutans. Lubrica imperfecta, fragilis deni-  
 que primario salutem intendens communem.  
 Ad ultimum vel æqualis, ubi neuter alteri im-  
 perat, vel inæqualis inter imperantes & Pa-  
 rentes. vide Grot. de Jure Belli & Pacis  
 Lib. I. C. 1. §. 2. n. 2.

Quæst.



Quæst. 13.

Quinam de hac societate fufius  
fcripfere ?

Resp. Illuftris Boehmerus noster inftar omnium  
in Differt. præliminari ad Jus Eccl. proteft.  
de fuprema lege Ecclefiaftica. Idem D. Diet.  
Gotthard. Ekard in der deutlichen Erklärung  
über Schilteri Inftit. Juris Canon. I. Stück.  
1724.

Quæst. 14.

Quæritur hinc, num Jura fequantur  
ftatum focietatis ?

Resp. Sequuntur.

Quæst. 15.

Ergo accurate eft dignofcendum,  
quodnam focietatis genus conftituat Ec-  
clefia ?

Resp. Affirmando, nam de juribus Ecclefiafticis  
recte judicari non poteft, alias cum jura fe-  
quantur focietatis ftatum. Ut ergo in fe-  
quentibus Quæftionibus eo tutius progredi  
poffimus, de Statu Ecclefia nos invicem quæ-  
ramus, neceffe eft.

Quæst. 16.

Cujus originis vulgo habetur fe-  
cundum Theologorum Confenfum Vox  
Ecclefia ?

Resp.

Resp. Græcæ. ἀπὸ τῆς ἐκκαλεῖν, ab evocando.  
vide Syst. Quenst. aliorumque.

Quæst. 17.

Quomodo sacri Scriptores usi sunt  
hac voce?

Resp. Denotarunt in genere plurium hominum  
conventum. Psalm. XXVII, 5. licet vel maxime  
ob pravum finem vel ex accidente conven-  
erint, in specie κατ' ἐξοχήν universum fide-  
lium multitudinem.

Quæst. 18.

Quomodo alias a Theologis descri-  
bitur Ecclesia?

Resp. Quod invisibilis, interna, spiritualis, & my-  
stica sit.

Quæst. 19.

Hoc sensu accepta Ecclesia, quomo-  
do hic describenda venit?

Resp. Quod sit societas humana libere & pu-  
blice inita, ad exercendam Sanctorum com-  
munionem, vide prolixiorem Brunnemannum  
de Jure Eccles. L. 1. C. 1. §. 1.

Quæst. 20.

Huberianam definitionem audi-  
vi semper hoc in passu optimam esse, repe-  
tas mihi quæso eam.

Repetam ex jure civ. L. 2. Sect. 3. C. 4. §. 2.  
de-



definit, quod sit multitudo credentium Deo, quæ certo loco publicum & stabilem religionis cultum exercet.

Quæst. 21.

Quinam Conceptum Ecclesiæ externæ generatim, omnium optime executere operam dedit?

Resp. Excell. Bœhmerus in Jure Past. Sect. 1. C. 2. §. 8. seq.

Quæst. 22.

Quæritur hic non immerito, an Ecclesia Collegii Speciem repræsentat?

Resp. Aff. quia Ecclesia externa est societas æqualis, h. e. ubi nullus respectus imperantium & parentium occurrit simul, inde colligitur, collegio eam cujusdam præ se ferre speciem V. Huber de jure civ. Lib. 1. S. 4 C. 1. §. 31. & 36. & Sect. V. C. 4. §. 33.

Quæst. 23.

Da mihi qualitates Ecclesiæ & Collegiorum?

Resp. Consistunt illæ in his. p. ut finis propositus ab omnibus idem intendatur. Finis Ecclesiæ enim est, ut, conjunctis precibus, Deus colatur, & Religio Christiana promoveatur. p. ut in paucioribus personis consistere possit. Tres enim faciunt Collegium. vide Matth. XVIII, 20. p. ut æqualitas locum habeat.

Quæst.

## Quæst. 24.

Si vero in Ecclesia omnium jura sunt aequalia, etiam quilibet potest prædicare verbum Domini, potest S. Cœnam administrare, & absolvere a peccatis ?  
 Resp. Neg. Hoc citra manifestam dici nequit hæresin, quia hoc jus competit veris Ecclesiæ Doctoribus.

## Quæst. 25.

Quinam illi sunt?

Resp. Qui sec: B. D. B. Menzerum non currunt ante missionem, perque casus obliquos se haud ingerunt, (Sec. M. Ibogium Eccles. Ministrum Dresd. die weder durchs Frauens Thor, noch die güldene Pforte gehen) qui magna flagitia leviter non perstringunt. Qui in res leviusculas tragice non debachantur. Res leves & parvi momenti nimis non efferunt laudibus. Non facile credunt, quæ rumoribus vulgi differri solent. Quædam a privatis gesta, temere in lucem proferre cavent. Qui non dicunt, quæ Magistratus auctoritatem diminuunt coram populo. De se ipso ex cathedra haud dicunt. Odio aut invidia incitati in quenquam dicere, haud videntur. Famæ & existimationi hominum invehivis nil detrahunt. Falsam adversariis sententiam non adfingunt. Mortuas hæreses haud refellunt, nec vitia ignota reprehendunt.



dunt. Hæreses argumentis sat solidis refel-  
lunt. In confessione audita haud propalant.  
De occultis, ut Ecclesia temere haud judicant.  
Superiores minaciter nunquam objurgant.  
Satyricis non indulgent sermonibus. Civi-  
lia non temere reformant negotia. Gratus  
admonitionum non negligunt. In peragen-  
do cultu divino a ceremoniis & precibus  
præscriptis non recedunt. Metu damni seu  
odii increpationibus non abstinere debitis.  
Nævos Collegarum, aliorumque sui ordinis in-  
vulgus haud spargunt. Non arcent quen-  
quam plane ab usu S. Cœnæ, de scandalo da-  
to legitime non convictum, & Ecclesiæ cen-  
sura seclusum &c. summa, qui mystæ in pul-  
pito sunt simplices sec. Nitschium in Diss.  
Theol. Wolffenbutt. editæ 1716.

Quæst. 26.

Da mihi Definitionem & Synoni-  
miam Pastoris jura exercentis.

Resp. Dabo. Sumamus Pastorem hic late pro-  
ut etiam Diaconum complectitur. *Sic est  
persona Ecclesiastica, ad sacrum Ministerium  
legitime vocata, & jurium huic muneri an-  
nexorum particeps.*

Quæst. 27.

Quomodo alias dicitur?

Resp. Parochus, item Minister Ecclesiæ, Mini-  
ster verbi divini, Ecclesiastes, Clericus,  
Presbyter, Sacerdos, &c. Germanice, *Prediger,  
Pfarer*

Pfarrer, Priester, Seelsorger, vocatur etiam Ecclesiae Doctor ein Lehrer, ut S. praeced. 24. & 25. vocabulo Sec. excell. Wernherum ad munus valde accommodato. vid. laudatus Wernh. in princip. Juris Eccl. C. 1. §. 3.

Quaest. 28.

Quid de appellatione Clerici, Geistlicher, sentiendum?

Resp. Sentio, varie disputari posse, an parochis cum exclusione reliquorum in Ecclesia solis conveniat. Ubi illud expeditum est, distinctionem personarum in Clericos & Laicos, Geistlich und Weltlich in Script. S. haud reperiri. Plura videbis apud laud. Dom. Wernh. p. 2. & 3.

Quaest. 29.

Quid Megalander noster Luth. hac de re sentit?

Resp. T. 1. Altenb. p. 482. ita loquitur. Man hat erfunden, daß, Päbste, Bischöffe, Priester, Kloster, Volck, wird der geistliche Stand genennt, Fürsten, Herren, Handwercks- und Acker-Leute, der weltliche Stand, welches gar ein fein Commentum und Gleisfen ist. Doch soll mir niemand darob schüchtern werden, und das aus den Grund, denn alle Christen sind wahrhafftig geistl. Standes, und ist unter ihnen kein Unterscheid, denn des Amts halber allein.

Quaest. 30.



Quæst. 30.

Parochorum nomen unde deductum?

Resp. Nomen hoc varios admittit significaciones, quarum enucleatio viam parat ad investigandam Juris Parochialis naturam ac indolem.

Quæst. 31.

Qui sic? unde derivas?

Resp. Vulgo a græca voce *παρῆχος* præbeo, vid. Ziegl. ad Franc. de Roys jus can. L. 2. tit. 14. §. 1. Struv. de Jure paroch. C. I. §. 1. & Boehm. Sect. II. C. I. §. 3. in Jure Past. & celeb. Deyling in recens editis Instit. Prud. Past. p. 73.

Quæst. 32.

Quæritur: an nomen Presbyterorum & Sacerdotum der *Priester*, ex stylo Scripturæ S. tribui potest?

Resp. Neg. Juxta hunc enim omnes fideles Christiani, sine discrimine, Sacerdotes appellantur; recte Megalander noster Lutherus T. I. Altenb. p. 482. h. ibi: Demnach werden wir allesamt durch die Tauffe zu Priestern geweyhet, wie S. Peter 1. Petr. 2. sagt: Ihr seid das Königl. Priestertum das Volk des ic. conf. Apocal. I. & V.

Quæst. 33.

Ast vox Sacerdotum videtur in usu admodum esse?

B

Resp

Resp. Hoc nomen ad Clerum Romanum, per Missæ sacrificium, transit, eo quod in V. T. Sacerdotes propriæ sic dictum peragebant sacrificium. Ast hoc Protestantium Ecclesiæ licet non agnoscant, nomen tamen libere retinere; ut Clerici etiam nostrates *vulgo* & *co-* *muniter* Sacerdotes audiant. In verbis simus faciles, inquit noster Wernherus, in princip. I. E. P. antea sæpe citatus modo conveniamus in re.

Quæst. 34.

Siccine putas forsan, quia Dominos Jurisconsultos Sacerdotes, Justitiæ scil. appellemus, ergo & Clerici hoc nomine veniant?

Resp. Aff.

Quæst. 35.

Annon vox Pastoris huc quadrat?

Resp. quadrat.

Quæst. 36.

Quid est concretive, spectatus Pastor?

Resp. Pastor evangelicus est persona sec. Magnific. Dominum Deyling in Institut. prud. Pastoralis p. § I. legitime vocata, ad verbum Dei publice docendum, & Sacramenta recte administranda, servandamque disciplinam, ut omnia fiant, ordine ac decenter, & Ecclesia ædificetur.

Quæst.



Quæst. 37.

Ubi in Augustana Confessione pii nostri confessores agunt de hac materia?

Resp. Articulo XIV. Ubi docent, quod nemo in Ecclesia publice docere, aut Sacramenta administrare debeat, nisi rite vocatus.

Quæst. 38.

Quomodo in Scriptura S. ulterius vocantur Pastores?

Resp. Doctores, Pastores, lux mundi, ἡγούμενοι & præpositi, præcones, tubicines, Viri Dei, oeconomi, Dei legati, cooperarii Dei, I. Cor. III, 9. nec non Episcopi & Superintendentes, Ecclesiæ Architecti Eph. IV, 11. I. Cor. III, 10. testes Christi, Patres, Duces Ecclesiæ, Stellæ, Angeli Paranympsi & amici Christi Sponsi Joh. III, 29. Vigiles Salvatores I. Tim. IV, 16. Sal terræ Matth. V, 13.

Quæst. 39.

Quomodo in V. T. ordinarii Sacerdotes aut Sacrorum Ministri dicebantur?

Resp. Levitæ & Sacerdotes Aaronidæ, quibus peculiaris quædam externa, & politica adscribebatur sanctitas.

Quæst. 40.

Annon recte dici possunt Clerici nostratium Pastores?

B 2

Resp.

Resp. Negando. Papæi hoc titulo, suæ Ecclesiæ Ministros, vocantes Clericos, a laicis & Monachis distinguunt.

Quæst. 41.

Ast legitur a Patribus de sacri ordinis viris, a laicorum cœtu distinctis, usurpata hæc locutio?

Resp. Legitur, ast biblica hæc non est locutio.

Quæst. 42.

Unde descendit nomen Clerici?

Resp. A κληρ<sup>ος</sup> quod significat sortem, partem & hæreditatem. Sic Petrus 1. Petr. V, 3. Deut. IV, 20. IX, 29. 1. Reg. VIII, 1. confer. in N. T. Tit. II, 14. Coloss. I, 12.

Quæst. 43.

Siccine stilo Scripturæ Sacræ omnes credentes dicuntur Clerici?

Resp. Dicuntur, quia pertinent ad κληρ<sup>ον</sup> & hæreditatem Domini, vid. Act. XVII, 4. videatur & H. Dodwellus in Dissert. de voce Cleri. Cujus Dissertatio de voce Cleri sacri ordinis propria inter Cyprianicas extat, recte notatus a Celeberr. Pfaffio in Origin. J. E. p. 63.

Quæst. 44.

Verum conceptum mihi tradidisti de Parochis, quod grato admodum agnosco mente, fac ut & parochiæ nomen mihi innotescat?

Resp.



Resp. Fiat voluntas tua. Scias Parochiæ vocabulum barbarum esse, credas Budæo Carol. du Fresne & Boehmero nunquam satis laudando. Multi a παροικῶν nomen parochi deducere fatagunt, & παροικίαν plurium domorum viciniam denotare autumant.

Quæst. 45.

Itane rectius diceretur parœcus & jus parœciale?

Resp. Ita sentit Joh. Fillefacus de Orig. parœci, quem tractatum inscribit de parœcis origine parœce. &c. Item Deyl. p. 73.

Quæst. 46.

Ad Rombum, quomodo definis Parochiam?

Resp. Parochia se parœcia est vicinia sacra seu vicinorum ad unam aliquam Ecclesiam collectio, certis finibus comprehensa. v. illustr. Boehm. in Jure p. 52.

Quæst. 47.

Numne locum ipsum seu ambitum vel districtum, ubi Parœciani degunt, continet?

Resp. Continet. vid. Barbos l. c. n. 19. Hospin-de Orig. templ. l. 1. p. 51.

Quæst. 48.

Quinam sunt Parœciani?

Resp. Sunt inhabitatores viciniae ejusdem sacrae; parochus vel parœcus dicendus, qui ejusmodi

di viciniae in spiritualibus præponitur. Gonz.  
ad C. 1. de Paroch. Linck. ad tit. de paroch.  
§. 1. Brunneman. Jus Eccl. 1. 2. C. 2. §. 2  
& Stryck. verb. parochialis.

Quæst. 49.

Suntne parochus & parochiani abs-  
que templo tales?

Resp. Nequaquam. Nam eam ob causam dici-  
tur Ecclesia parochialis.

Quæst. 50.

Quid est ejusmodi Ecclesia Paro-  
chialis?

Resp. Quæ certis limitibus, populum distinctum  
habet, cum obligatione quadam ad audienda  
& percipienda sacra in illo templo, cujus pa-  
rochiani sunt.

Quæst. 51.

Annon his prælibatis quodammo-  
do reducimur ad contemplationem pa-  
rochiarum specialem?

Resp. Omnino. Nam quidam respectus est &  
relatio inter ante dictos parochos & parochia-  
nos, neuter absque altero esse potest, quemad-  
modum pater non est, ubi non est filius.

Quæst. 52.

Siccine oritur conceptus societatis  
inter eos?

Resp. Oritur omnino & quidem talis, qualis est  
inter



inter Doctores & Auditores. vid. C. 1. Boehm  
in Jure Past. & pag. 33. S. 7. seq.

Quæst. 52.

Ergone obligatio quædam quoad  
cultum divinum constituitur inter paro-  
chum & parochianos ad certa quædam  
præstanda?

Resp. Recte. Magis tamen obligatio stringit  
populum quam rectorem, quippe cui magis  
jus exigendi, quam præstandi, competit.

Quæst. 54.

Estne diversitas officii Parochorum  
& parochianorum.

Resp. Est.

Quæst. 55.

Quodnam est parochorum offi-  
cium?

Resp. Quod administrant sacra.

Quæst. 56.

Quodnam parochianorum?

Resp. Consistit in administrationis usu & ap-  
plicatione. Hinc parochiani se non immi-  
scere possunt in ea, quæ parochi concredita  
sunt, sine crimine turbationis sacrorum.

Quæst. 57.

Estne hæc societas specialis?

Resp. Est. Quia certo loco & finibus circum-  
scribitur, & differt ideo ab Ecclesia externa.

B 4

Quæst.

Quæst. 58.

Estne igitur Parochia societas Ecclesiastica ?

Resp. Vulgo saltem pro tali habetur, vid. Gonzalez Tellez ad C. 2. X. de Paroch. Schulzius de eo, quod justum est circa Paroch. c. 2. §. 2. in fin. item nonnullos ab hoc prædicato sese temperantes, prævidentes forsan difficultates, hic se exferentes.

Quæst. 59.

Quomodo Parochialis & Eccles. societas conferuntur ad invicem ?

Resp. Ecclesia externa humana societas est. Parochialis multo magis, inprimis cum officia potiora & jura ejus humano civilique modo exercentur. In Ecclesia externa generatim considerata non ubique adest obligatio & jus perfectum. Neque relatio inter Doctores & Auditores diversum admittit, ubi obligatio perfecta & jus perfectum non ubique occurrit.

Quæst. 60.

Siccine societas parochialis jus perfectum habet ?

Resp. Aff. Quia species est Ecclesiæ publicæ, quæ plura jura peculiariter ex reipublicæ dispositione exercet.

SECTIO



SECTIO III.

De Origine Parochiarum &  
Juris Parochialis.

Quæstio 1.

**Q**uinam inter veteres primi scripsere  
de origine parochiarum?

Resp. Ex professo Joh. Fillelacus & Fronto, qui  
magis secundum Boehmerum nostrum origi-  
nem hujus juris obscuram reddidere, quam ut  
illam illustrare.

Quæst. 2.

Unde ergo dependet origo paro-  
chiarum?

Resp. Ex templorum origine.

Quæst. 3.

Quid sunt templa?

Resp. Locus certus, numini alicui ejusque cul-  
tui religione, rituque solenni dedicatus & se-  
paratus ab aliis locis profanis, ideo quod  
numen, cui dedicatum est illic habitare cre-  
datur. vid. Joh. Spencer de LL. Hebr. ritual.  
L. 3. diff. 6. præf. it. excell. noster Boehm.  
p. 63. in suo laudato Jure Paroch. tandem  
in speciali libello, Inventarium templorum, di-  
cto, edito a Georgio Chladnii. V. D. M. & Past.  
Metallic. ad D. Joh. Vulgo Berg in agro Au-  
rifero Cremnicensi in Hungaria, nunc Exule  
quinguennali An. 1679. Gorlici.

## Refer mihi summærium libelli

Referam. In quinque Classes dividit Quæstiones. I. Classis continet Templi ἑνομα p. 1. II. Templi διημεα p. 8. III. ἐνομα templorum. α) Patriarcharum p. 21. β) Ethnicorum p. 26. γ) Judæorum. p. 63. δ) Christianorum. *Classis II.* agit de rebus iis, quæ in Templo sunt. Ubi 1. de Anathematibus p. 157. 2. Templi distinctione p. 167. 3) Baptisterio. p. 175. 4) Altaribus. p. 180. 5) Cathedra. p. 196. 6) Imaginibus p. 199. 7) Cruce. p. 234. 8) Calicibus. p. 257. 9) Ædicula Sacramentoria vulgo Sacrament. Hæusel. 10) Lucernis & luminibus p. 268. 11) Aqua lustrali. p. 273. 12) Organis p. 281. 13) Alys Templorum. p. 287. 14) Gazophylacio. p. 304. 15) Aliis rebus. p. 317. *Classis III.* De rebus iis quæ extra templa sunt. Ubi Articulus 1) de Campanis p. 325. 2) Sacellis & Capellis. 339. 3) Coemeteriis. 343. 4) Ossuariis. 351. 5) Reliquiis Sanctorum. 358. 6) Accessor. Ædificiis. 367. *Classis IV.* De Templorum dedicatione. 379. *Classis V.* De Encœniis. 421. Hæc eam ob causam adducere libet, quoniam in hoc libello Methodus, noster per antiquus per Quæstiones invenitur, & multum huc facit, ut hic brevius esse possimus, si hunc libellum legamus.



mus. De cetero illustr. Boehmerus peculiari capite nempe II. in Jure suo paroch. differit de notitia originis præstante utilitatem & applicatione ad jus parochiale.

Quæst. 5.

Quinam primi Templi vocem usurpavere?

Resp. Ex Theologi consumatissimi Deylingii sententia, quod vox Templi olim de solis gentilium fanis, & delubris usurpata sit. vid. laud. Deyl. in Institut. prudent. pastor. p. 607.

Quæst. 6.

Ergone Christiani abhorrere prisca vocem Templi?

Resp. Ahorruere teste Dyonisio Alexandr. apud Eusebium. H. E. Lib. 7. C. 22. f. 268.

Quæst. 7.

Quinam loci veteribus Christianis tempore persecutionis ad sacra peragenda apta videbantur?

Resp. Quævis loca, nempe, ager, solitudo, navis, stabulum, carcer, instar templi erant, test. itidem Dyon. Alex. apud Euseb. citato loco.

Quæst. 8.

Quidnam igitur est Ecclesia sive templum?

Resp. Ex Deyl. nostro breviter & succincte  
Est,

*Est ædes certa & ordinaria, publico divini Numinis cultui dicata, & usibus humanis ac profanis exempta. vid. p. 610. Deyl. in laudat. institut. prud. past. §. 2. in medio.*

Quæst. 9.

Quomodo dividitur?

Resp. In Cathedrallem, ubi Episcopus cum capitulo cathedram, & domum habet; unde forte; Dom. Kirche & Dom. Herren, ac Collegiatam Unter Stiff, cui quidem præest præpositus vel Decanus, vel uterque cum collegio Canonicorum.

Quæst. 10.

Quomodo dicuntur cathedrales in Germania?

Resp. Münster, a monasterio, quia primi earum Canonici vitam monasticam profitebantur. vid. Jac. Gretserus de Vota Willibaldi L. I. C. 17. & Joh. Mabbillonius Sec. 3. P. I. Actorum Ord. S. Benedicti in præf. f. 17.

Quæst. 11.

Quomodo porro Ecclesia dividitur?

Resp. In Conventualem & parochialem Matrem & filiam.

Quæst. 12.

Quæ est conventualis?

Resp. Quæ solis Monachis sub inspectione Abbatibus destinata.

Quæst.



Quæst. 13.

Quænam parochialis:

Resp. Cui certa populi portio, qui sacris ibi utuntur, & parochiani dicuntur, assignata est.

Quæst. 14.

Quænam Ecclesia Mater?

Resp. Quæ præter templum etiam proprium habet parochum.

Quæst. 15.

Quæ Filia?

Resp. In qua Templum quidem existit, sed sine parcho, qui in Ecclesia principali plerumque habitare solet, & muneri sacri obeundi causa huc excurrere.

Quæst. 16.

Quibus jus ædificandi templa competit?

Resp. Tempore Constantini M. singulis permittebatur, jus ædificandi templa. Postea vero hoc jus ad consensum & auctoritatem Episcopi restrictum est. vid. Deyl. p. 617. it. Boehm. Schilt. Fleury &c.

Quæst. 17.

Penes quem hodierno tempore directio ædificationis Templorum est.

Resp. Penes Consistorium Regium, quod opera Superintendentis uti solet, ita tamen, ut nec Patronus, obararii / Ecclesiastici curam, nec parochiani ab hoc negotio excludi possint.

Quæst.

Quæst. 18.

Cur hi simul requiruntur?

Resp. Quia horum quippe interest, ut ædificatio prudenter, & cum eorum consensu instituat. Quia manibus, & jumentis servitia præstare, & sumtus in subsidium conferre tenentur, quando vires ærarii Eccles. exhaustæ sunt, aut minus sufficiunt. vid. Ord. Eccles. Gen. Art. XXXII.

Quæst. 19.

Ergone requiritur notitia quædam Geometriæ practicæ & specialis, ut & ædificiorum extractionis?

Resp. Credo quod sic.

Quæst. 20.

Da mihi Quæstiunculas ejusmodi?

Resp. Dabo & quidem germanicis verbis, ut eo melius rem inspicere tam necessariam, & studium elegantissimum familiare reddere possis.

Quæst. 21.

Was ist Geometria Practica?

Resp. Die Geometria practica ist nichts anders als eine Kunst welche in Messung dieser und jener Dinge insonderheit beschâffiget ist.

Quæst. 22.

Wovon wird der Anfang gemacht?

Der Anfang davon wird von einem punct gemacht, welches das kleinste und allerubri  
lest



leste Corpus ist, wenn nun viele solcher punct an einander gesezet werden, machen solche ein Linie aus.

Quaest. 23.

Wie werden diese eingetheilet?

Resp. in gerade und krumme?

Quaest. 24.

Was ist eine gerade Linie?

Resp. Eine Länge ohne Breite, welche zwischen ihren beyden Enden weder über noch unter sich, noch seit, wörts gebogen ist.

Dergleichen sind, *Linea horizontalis*, oder eine Waage rechte Linie, und *Linea perpendicularis*, oder eine senck, rechte Linie.

Quaest. 25.

Was ist eine krumme Linie?

Eine krumme Linie ist, welche zwischen ihren beyden Enden, entweder über, oder unter sich, oder seit, wärts gebogen ist. Als da sind alle Circul, Schnecken, Schlangen Oval- und Eysen, Linien, alle Winckel und dergleichen. Über dieses giebet es auch vermischte Linien, diese werden zusammen gesezet entweder aus Frummen und geraden, oder aus lauter Frummen Linien.

Die Linien können auf folgende Arten gegen einander gehalten werden: Denn entweder neiget sich eine gegen die andere und berührt dieselbe, daraus so dann ein Winckel entsethet, oder sie rühren einander nicht an, sondern  
sind


sind allezeit in einer Weite von einander, also  
denn werden sie parallel - Linien genennet.

Wir wollen uns nunmehr zu der Praxin  
selbst wenden und fragen

Quäst. 26.

Wie ist eine richtige Linea horizontalis  
zu reissen?

Fig. I.



Reiß erst mit Hülffe eines guten Linials  
eine ganz kleine Linie solche sey Fig. I. a. b. dar-  
auf setze mit beliebter Weite den Circul in c.  
und reiß den Bogen d. e. f. so dann setze ihn  
unverrücket in e. und reiß den Bogen g. c. h.  
wo sich nun die Bögen durchschneiden als hier  
in i. und k. da setze wieder den Circul ein, und  
reiß aus i. nachdem solcher eine ziemliche Weite,  
doch nicht eben gar zu weit, aufgethan worden,  
den Bogen l. m. und aus k. den Bogen n. o.  
Wenn dieses geschehen so setze den Circul in  
